CONSTANTINI PAPA IVRECONSVLTI CLARISS. AD ARBITRIVM MAGNAE CVRIAE VICARIAE

quod vulgò præeminentia appellatur.

ATQ. AD EDICTVM DIVI AVGVSTI quod proposuit Iun. Auito, & L. Apron. COSS. De quæstionibus .f. desideratis, dicta, ac considerata.

QVAE A' NEMINE HACTENVS DICTA considerataq; fuerunt.

PRO REORVM DEFENSIONE, IVDICVMQVE admonitione, maximè admodum necessaria.

CVM BREVI CATALOGO REGVM VTRIVSQVE Siciliæ, Indiceq; copiosiss. dictor. omnium notabilium, ex toto opusculo electorum



NEAPOLI Ex Typographia Stelliolæ ad Portam Regalem. M. D. XCIIII.

TYPOGRAPHVS candidissimis Lectoribus sacrarum Legum studiosis.





VM ad Constantinum Papa Iurecōsultum virtute cognita, spectataq; fide ampliss. atq; in forensi palestra (ut nostis) diu versatum, Lectores candidiss. venissem, ut eius libros, quos In iure ciuili (scripsit, typis excudendos curarem; inueni in eius manibus paruum quoddam opusculũ, ab ipso pro defensione quorumdam reorum proximis diebus lucubratum, ut eos à periculo quæstionũ, quas ipsis magna Curia Vicariæ minitabatur denegatis defensionibus arbitrio, quod vulgò præeminentia appellatur, sartos ac tectos cōseruaret; Quod quidem arbitrium, quoniam, velut parùm hucusque ab omnibus intellectum, accuratè satis, & apertissimè, ac planissimè explicauit, ut

præclarè satis, omniq; asseueratione affirmat, renuntiatq; excellentissimo DN. Regni Proregi, eiusq; à latere Concilio, ob commissam sibi ipsius opusculi cognitionem, illustris Nicolaus Antonius Gizzarellus Iurisconsultissimorum nō minus peritiss. quàm peritissimorum consultiss. Sacri Regij Consilij Consiliarius, boni et æqui obseruantiss. dignum nobis uisum fuit opusculum, ut pro grata omnium vtilitate, in publicum prodiret. Quapropter suæ benignitati confisus, mox illud (licet ab inuito sanè) arripui, typisq; excudendum, virisq; literatis ac studijs deditis, cognoscendum, uoluendūq. curaui. Vos igitur à nobis munusculum hoc lubenter accipite, & quid reliquum spei sit, ex eius scriptione dignoscite: siquidem (ut est in prouerbio) Leonem ex vnguibus; & ab eo propediem grauiora expectate.





CONSTANTINI PAPA IVRECONSVLTI CLARISSIMI

AD ARBITRIVM MAGNÆ Curiæ Vicariæ, quod vulgò Praeminentia magnæ Curiæ Vicariæ appellatur, dicta atque considerata

ARGVMENTVM CAP. I.

QVEM ordinem in interpretatione arbitrij Magnæ Curiæ Vicariæ, (quod vulgò præeminentia Magnæ Curiæ Vicariæ appellatur) tenere intendit, initio præmittit.

Pandectarum compilatoribus reprehensis, quid sit arbitrium generatim apud Legumlatores in iudicijs sumptum, undeq; descendat bre-

breuiter deſcribit.

Paucíſq; de arbitrio boni viri, circa priuatorum etiam conuentiones, ac diſpoſitiones, paucíſque etiam de quæſtionibus adhibendis obiter dictis. Vnde in hoc Regno arbitrium iſtud exortum ſit; Quare præeminentia appellatur: Quandoquidem penes D. N. Proregem mandatum Regium vulgo nominatur, quomodoq́; & à quo, ac quibus concedi ſoleat, ſummatim animaduertit.



COMPENDIVM OMNIVM

Quæ in hoc primo Capite dicuntur.

1 *TITVLI significatio, cuiusq; materiæ tractandæ, in interpretatione cognoscenda.*

2 *Institutio omnis, quæ de aliqua re suscipitur, debet à definitione proficisci.*

3 *Perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat.*

4 *Principium potißimà pars cuiusq; rei.*

5 *Præfationes tam in caußis in foro dicendis, quàm in interpretationibus faciendis, neceßariæ.*

6 *Pandectarum compilatores in ipsarum rhapsodia reprehenduntur.*

7 *Consules quando primum constituti, undeq; Consules dicti fuerunt, eorumq; officium, ac potestas simpliciter significatur.*

8 *Arbitrium generatim apud Legumlatores in iudicijs sumptum, vnde appellatum, quidq; sit, describitur,*

9 *Diffinitio omnis in iure periculosa.*

Variè

10 *Variè ex perſonis cauſsiſq; iudicandum.*

11 *Omiſſum legibus, non eſt omiſſum religione iudicantium.*

12 *Arbitrium tantum noſtri iuris, rectam autem firmamq; rationem, muneris eſſe diuini.*

13 *Arbitrium ex bono & æquo procedere debet, & num. 20.*

14 *Arbitrium boni viri ſequendum.*

15 *Iudex virum bonum ſignificat.*

16 *Compromittentes in arbitrum, eum quaſi virum bonum eligere videntur.*

17 *Arbitrorum duo genera.*

18 *Arbitri ſententiæ ſtandum, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit.*

19 *Compromiſſum ad inſtar iudiciorum, & ad finiendas lites pertinet.*

20 *Arbitrio bonum & æquum coniunctum eſſe debet.*

21 *Arbitrium domini in computandis rationibus, ad arbitrium boni viri redigendum.*

22 *Arbitrium domini in lege locationis ſimiliter, quemadmodum.*

Arbi-

23 *Arbitrium socij in partibus societatis constituendis.*

24 *Arbitrium Soceri in dote soluenda.*

25 *Arbitrium domini, uel procuratoris, in omnibus bonæ fidei iudicijs, &*

26 *Arbitrium patroni in operis sibi à liberto præstandis.*

27 *Mens compromittentium, ut arbiter rectè arbitraturus sit, existimanda est.*

28 *Legatum in hæredis voluntate poni non potest, in arbitrio uerò sic.*

29 *Verba si existimauerit, si probauerit, si iustum putauerit, si fuerit arbitratus, si putauerit, si utile visum fuerit, boni viri arbitrium, non meram voluntatem nec plenum arbitrium significant.*

30 *Meritum à viro bono & non infesto iudicandum,*

31 *Legatum arbitrio tutoris pupillo relictum, ualet, et arbitrium hoc nec moram, nec conditionem habet, et velut certam quãtitatem exprimit, pro viribus .s. patrimonij, sicut &*

Arbitrium in dote constituenda.

32 *Verba, si voluerit, si libuerit, si videbitur, si demeruerit, si nō offenderit, si probaueris uel non reprobaueris, si dignū putaueris, si placuerit, quomodo intelligi debent, & Meruisse satis videtur qui nō offendit.*

33 *Voluntas quandoq. non totam voluntatem, sed boni viri arbitrium significat ex coniectura ta voluntate disponentis.*

34 *Voluntas in conditionibus testamentorū magis quā uerba consideranda, nam voluntas regit conditiones; primumq; locum obtinet, Nec unquam verba debent esse tantæ potentiæ, ut potiora mente existant.*

35 *Verba, plenum arbitrium, mera voluntas, tota voluntas, liberum arbitrium, quomodo intelligantur.*

36 *Quæstio in criminibus scrutandis adhiberi solet, nō tamen semper, & in omni caussa, et persona: sed cū capitalia & atrociora maleficia aliter explorari nō possūt. et Quæstiones efficacissimæ ad requirendam ueritatem.*

37 *A tormentis non incipiendum, & quando ad tormenta ueniendum*

CAPVT PRIMVM



ACTVRVS interpretationem Arbitrij Magnę Curię Vicariæ, in torquendo reos inauditos in suis defensionibus, quod uulgò pręeminentia Magnæ Curię Vicarię appellatur,
1 †è re esse cum Vlpiano Iurecon. in l. 1. ff. si cer. pet. existimamus, priusquàm ad interpretationem perueniamus, pauca de significatio-

ne ipsius tituli referre. Atq; quô dilucidius Paulo iurecon. monitore in l. 1. ff. de doli mali & met. excep. idipsum intelligatur † (Cùm omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, ut à Cicerone didicimus, debeat à definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputetur) Prius, unde arbitrij nomen descendat, quidq; arbitrium ipsum generatim apud legulatores in iudicijs sumptum, sit, ostendere, arg. l. 1. ff. de iustit. & iur. Arbitriumq; hoc Magnę Curiæ Vicariæ, citare, & quare præeminentia appelletur, quomodoq;, à quo & quibus concedi soleat, breuiter significare. Deinde huius arbitrij & præeminentiæ originem atq; processum demonstrare, arg. l. 1. & 2. ff. de orig. iur. Tum quoque interpretando, in quibus caussis, & personis locum habeat, & utrum fauorabile, uel odiosum iudicandum sit, declarare.

Deinde, quæ necessariò concurrere debeant, ut huiusmodi arbitrio quæstiones adhiberi possint, perquirere & inuestigare. Tandem uerò, quę ipsum impedire possint: quandoq. (uelut in aliquo vitiatum) suum officium perdat, recensere. Non equidem (ut inquit Caius iureconf. in dict. l. 1. ff. de orig. iur.) quia uelim verbosos commentarios facere

† sed

3 † sed, quòd in omnibus rebus, id perfectu m esse animaduertimus, quod ex omnibus su is
4 partibus constat † Cuiusq; autem rei, potis-
5 simam partem esse principium, † & quia si in foro caussas dicentibus, nefas esse videtur, nulla præfatione facta, iudici rem exponere, quanto magis interpretationem promittētibus, omissis initijs, atq; origine non repetita, protinus interpretationis materiam per-
6 tractare. † Quòd vtinam in omnibus, in quibus hoc fieri oportebat, compilatores pandectarum sub Iustiniano Imperatore fecissent, ac non multa, & necessaria quidem in ipsarum rhapsodia pretermisissent, nec pleraq; mutila, & obscura retulissent, ac reliquissent. Nam (ut Bud. in annot. ad dict. l. 1. ff. de iustit. & iur. conqueritur) inclementiorum medicorum more, immensam illam librorum multitudinem ad viuum resecantes, accisas nobis pandectas uerius, quàm compendiosas dederunt. Sunt etenim errata de ea re multa, sufficit autem vnum, aut alterum argumenti caussa referre. In primo nâq, pandectarum libro, de officio magistratuum Vrbis Romæ singillatim pertractare uolentes, sub titulo de officio Cōsulis ex Vlpiano, qui de eo tres libros composuerat, & Martianus

librum

librum quintum Marcelli de officio conſu-
lis refert in l. 1. ff. ne de ſtatu defunct. vnicum
excerpunt reſponſum, nihil aliud continens,
quàm poteſtatem conſilium præbendi ma-
numittere uolentibus, quaſi ad hoc Conſules
7 creati fuiſſent, † non animaduertentes, quòd
exactis Regibus, Conſules conſtituti fuerunt
duo, penes quos ſummum ius uti eſſet, ro-
gatum fuit; dicti autem Conſules ab eo, quòd
plurimùm Reip. conſulerent, qui tamen ne
per omnia Regiam poteſtatem ſibi vindica-
rent, lege lata factum fuit, ut ab eis prouoca-
tio eſſet, neue poſſent in caput ciuis Roma-
ni animaduertere iniuſſu populi l. 2. §. exactis
ff. de orig. iur. Conſularem enim poteſtatem
Regię poteſtatis exemplo accerſitam fuiſſe ve
tuſtatis monumenta declarant, ut teſtatur
L. Feneſtella (ſi modo Feneſtellæ is libellus
eſt, non à Pomponio Læto ex uarijs autho-
ribus in quãdam farraginem compoſitus eo
indito titulo, ut uẽdibilior hoc nomine, im-
preſſoribuſq; lucroſior fieret, ſecundum Al-
ciat. lib 4. de uerb. ſignific.) Siquidem exactis
Tarquinijs, duo viri creati fuerunt, quibus,
pręterquàm, quòd annuum imperium datum
fuit, nihil aliud immutatum extitit, dicti
Conſules, ut & ipſe Pomp. Lætus affirmat á

con-

consulendo, id est prouidendo: Nam quasi parentes boni, aut tutores fideles esse deberent. ut inquit Cicero de Oratore libro 3. in princ. Consulareq; imperiũ libertatis principiũ fuit, ut testatur Boet. de cõsolat. lib. 2. pros. 6. De Cõsulis aũt officio nihil prorsus ponũt, quod latissimè per Vlp. in dict. tribus libris, & per Marcel. in suis ét libris explicatum fuisse, credendũ est, hocq; responsum sub titulo de manumissionibus ponere debebant, arg. l. 2. ff. de statu hom. Atq; ut multa quæ recenseri possent, modestè & abstinenter taceamus, vbi est illa frequens, & necessaria clausula, qua suspecti tutores postulantur? ut cum eodem Vlpian. exordiuntur in l. 1. ff. de suspect. tutor. quæ nec antea, nec postea relata reperitur, nec quæ, qualisue fuerit, usquam apparet. Aut igitur omnia, quæ cognitu necessaria erant, referre decebat, aut facta huiusmodi (ut libuit) compositione, tot tantosq; Iurisconsultorum libros, tanto studio, tantisque vigilijs lucubratos, sartos, atq; tectos conseruare debebant, authoritate tantum fideq; ipsis in caussis iudicandis abrogata, ut ijs (ubi opus fuisset) inspectis cognitisq; iuris materiæ plenius, ac perfectius percipi potuissent, argum. l. de ijs ff. de transact. & l. 1. ff.

quemad. teſtam. aper. Sed ut miſſa iſthæc
faciamus, ne theomachiam meditari, bel-
lumq; initio noſtrę ſcriptionis contra tantos
8 viros ſuſcipere, ac delirare videamur. † Arbi-
trium generatim apud Legumlatores, in iudi-
cijs ſumptum, quod & arbitratus quandoq;
nominatur, quorum vtrumq; à verbo arbi-
trari, quod cenſere, opinari atq; exiſtimare
eſt, deriuatur, tametſi à nemine hucuſque dif-
finitum inueniamus, non propriè definien-
9 do † Cùm omnis diffinitio in iure periculo-
ſa ſit; rarum eſt enim, ut non ſubuerti poſſit
l. omnis diffinitio ff. de reg. iur. Sed ut Var-
ronem imitemur authore Gellio noct. Attic.
lib. 1. cap. 25. ipſum potius deſcribendo, Ni-
hil aliud eſſe videtur, quàm vis, ac poteſtas
iudici, arbitroue data ac conceſſa, iudicandi,
& exequendi aliquid ſecundum opinionem,
atq; exiſtimationem ex ſentẽtia animi ſui, in
ijs, in quibus nihil certo modo ſatis diffiniri
10 poteſt † atq; ex perſonis, cauſſiſq; variè, quan
doq; ex varijs cauſſarum figuris ſtatuendi, ut
perbelliſſimè colligitur ex l. 3. §. eiuſdem ff.
de teſtib. iunctis l. in fundo ff. de reiuindic. l.
11 1. & fin. ff. de oblig. & act. † Quandoquidem
quod eſt omiſſum legibus, non eſt omiſſum
religione iudicãtium l. quæſitum ff. de teſtib.

cap.

12 †cap. vnaquæque. 13. q. 2. Quáuis hoc ipsũ arbitrium non semper rectum atq; æquum, sed quandoq; iniquum deprehẽdatur: si quidem opinio, secundũ Platonem, nil aliud est, quàm suspitio, quę ratione confutari potest; ratiocinandi impetus cogitatio per rationem, in falsum & verum incidẽs. Quapropter Boethius de consolatione lib. 5. prosa ij. Quibus (inquit) ipsis inest ratio, inest etiam volendi nolendiq; libertas, sed non omnibus æqua. Nam supernis diuinisq; substantijs, & perspicax iuditium, & incorrupta voluntas, & efficax optatorum prę stò est potestas, humanas verò animas liberiores quidẽ esse necesse est, cum se in mentis diuinæ speculatione cõseruant, minus verò cum dilabuntur ad corpora, minusq; etiam cum terrenis artubus colligantur: extrema verò est seruitus, cum vitijs deditæ, rationis propriæ possessione cecidêre: Nam vbi oculos, à summæ luce veritatis ad inferiora & tenebrosa deiecerint, mox inscitiæ nube caligant, perniciosis turbantur affectibus, quibus accedendo consentiendoq; quam inuexêre sibi adijciunt seruitutem, & sunt quodammodo propria libertate captiuę, ex quo bellissimè quidem Bud. lib. 5. de asse. & part. eius, Ex sacris (inquit) monumẽtis acce

pimus arbitrium tantum nostri iuris esse, rectam autem firmamq; animi rationem muneris esse diuini; sed ita promiscui, vt nulli
13 rectè atq; ordine id petenti, negetur † Ex bono tamen & æquo procedere debet, vt idē ait Bud. in adnot. ad dic. l. 1. ff. de iustit. &
14 iur. † Proptereaq; viri boni arbitrium sequēdum esse consuluit iurecon. in .l. in proposi-
15 ta .ff. pro socio † Iudexq; virum bonum significat.l. continuus .§. cum ita .ff. de ver. ob. .l. sed si vnius .§. prętor ait .ff. de iniur. itaq;
16 eum appellat Cicero officior. lib. 1. & 2. † Et qui suas controuersias in arbitrum compromittunt, eum quasi virum bonum inter se disceptatorem eligere videntur .l. 3. §. 1. ff. de
17 recep. arb. †. Quāuis (vt ait Paulus iurecon.) Arbitrorum duo sint genera, vnū .s. eiusmodi, vt siue æquum sit, siue iniquum, parere debeamus; alterū eiusmodi, ut ad boni viri arbitratum redigi debeat.l. Societatem .§. arbi-
18 trorum .ff. pro socio † Legimusq; stari debere sententiæ arbitri, quam de re dixerit, siue æqua, siue iniqua sit, & sibi imputet qui compromisit.l. diem proferre .§. stari .ff. de recep.
19 arb. † Postquam compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet .l. 1. ff. eod. tit. quamuis .(vt per

bellis-

bellissimè inquit Cicero orat. Pro Sex. Rosc. Com.) aliud est iudicium, aliud est arbitrium, cum iudicium pecunię certæ sit, arbitrium incertæ: Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus; Ad arbitriũ hoc animo adimus, vt neq; nihil, neq; tantum, quantum postulauimus, consequamur; eius rei ipsa uerba formulæ testimonio sunt: Quid est in iudicio? directũ, asperum, simplex, si peteret H-S-IↃↃↃ· dari: hic, nisi planum facit H-S-IↃↃↃ· ad libellum sibi deberi, causam perdit. Quid est in arbitrio? mite, moderatum, quantum æquius. & melius sit, dari. Ille tamen confitetur plus se petere, quàm debeatur, sed satis superq; habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur: Itaq; alter causę confidit, alter diffidit. Vnde arbitrariæ postea actiones introductæ fuerunt; quæ vtriusq; vtilitatem continẽt, tam actoris, quã rei. l. 2. in prin. ff. de eo quod cer. loco. de quibus in §. præterea instit. de act. Quare autem arbitrarię appellantur latissimè Petr. Loriot. tract. de apic. iur. tit. de action. ex axiom. lx. Indeq; proditum fuit arbitrium tutelę de quo lib. 5. C. sub tit. arbitrium tutelæ, & Arbitrium pro socio, de quo apud Cicer. orat. Pro P. Quin. quod non esse pręsentis visionis

existimamus: illudq; solum non omittendum ducimus.
20 † Adeò verum esse, arbitrio
21 bonum & æquum coniunctum esse debere † Quòd si venditio serui ita fiat, si rationes domini computasset arbitrio, veteribus placuit, magis in viri boni arbitrium id collatum, quàm in domini. l. hæc venditio. ff. de contrahen. emp.
22 † Si in lege locationis comprehensum sit, vt arbitratu domini opus approbetur, perinde habetur, ac si viri boni arbitriũ
23 comprehensum esset. l. si in lege. ff. locat. † Si societatem mecum coieris ea conditione, vt partes societatis constitueres, ad boni viri arbitrium ea res redigenda est. l. si societatem
24 mecum la 1. ff. pro socio † Si gener à socero dotem arbitratu soceri stipulatus fuerit, arbitrio boni viri soluenda est. l. cùm post. §. ge-
25 ner. ff. de iure dot. l. 3. C. de dot. promiss. † Et generaliter, vbicunque in bonæ fidei iudicijs, confertur in arbitrium domini uel procuratoris conditio, pro boni viri arbitratu hoc habendum est. l. in personam. §. generaliter
26 ff. de reg. iur. †. Vnde Si libertus iurauerit arbitratu patroni operas se præstaturum, non aliter ratum erit arbitrium patroni, quàm si ęquum arbitratus sit. l. si libertus ita iurauerit
27 ff. de oper. liber. † Et ferè inquit ibi. iure-
con.

con. ea mens est, personam arbitrio substituentium, vt quia sperent eam rectè arbitraturam, id faciant.
28 † Hinc est, quòd quamuis legatum in heredis voluntate poni non possit .l. senatus .§. legatum &.l. si sic in prin. ff. de legat. 1. in eius tamen arbitrium positũ valet:
29 † Vt si dictum fuerit, si existimauerit, si probauerit, si iustum putauerit, si fuerit arbitratus, si putauerit, si vtile visum fuerit; quoniam quasi bono viro potius ei commissum est, nõ in meram voluntatem hæredis collatum, nec plenum arbitrium voluntatis hæredi dedit, sed quasi viro bono fideicommissum relictũ, dict. l. si sic, & .l. fideicommissa. §. quamquam
30 ff. de legat. 3. † Imò & meritum à viro bono, & non infesto iudicandum erit, ead. l. fideicõ-
31 missa .§. proinde † Preterea legatum arbitrio tutorum pupillis relictum, neq, conditionem habet, neque moram, Cùm in testamentis legatum in alterius arbitrium collatum, pro viri boni arbitrio accipiatur, in quo non solũ mora non est, sed velut certam quantitatem exprimit, pro viribus videlicet patrimonij. l. 1. ff. de legat. 2. sicut & de dote dicitur in dic. §. gener. Nam si filiæ pater (inquit Celsus) dotem arbitratu tutoris dari iussisset, Tubero perinde hoc habendum ait, ac si viri boni

arbi-

arbitratu legatum sit, Labeo quærit, quemadmodum appareat, quantam dotem cuiusq; filię, viri boni arbitratu, constitui oporteat; & ait, id nõ esse difficile, ex dignitate, ex facultatibus, ex numero liberorum testamentum facientis, ęstimare. l. si filiæ pater. ff. de legat. 3.
32 † Et vt summatim dicam; quamuis, si ita à testatore scriptum sit, si hæres voluer, it Stichus liber esto, non valeat, si totum in voluntate fuit hæredis, si ei libuerit: tamen si arbitrium illi quasi viro bono dedit, vtiq; valet: quemadmodum, si dixisset, si videbitur, quod intelligi debet, hoc est si videri poterit. l. Labeo. ff. de statuliber., quia intelligitur, quasi bono viro, quomodo, si dixisset, si demeruerit, quasi bonum virum, satisq; videtur meruisse qui non offendit, l. cùm pater. §. rogo. ff. de legat. 2. vel si te non offenderit, quasi virum bonum, vel si eum probaueris, uel non reprobaueris, uel dignum putaueris. l. fideicommissaria la 2. ff. de fideicom. liber. Idemq; si dictum fuisset, si tibi placuerit, non enim spectandum quod hæredi displiceret, sed quòd viro bono posset placere. l. Thais. §. sorore. ff.
33 eod. tit. † Ex quo illud adnotatur, quòd etiã in voluntatem hæredis positum legatum valet, si demonstrari poterit, quòd non totum

testa-

testator in voluntate fecit hæredis, si libuerit, sed arbitrium illi, quasi bono viro dedit, idq; ex coniecturata uoluntate testatoris arg. l. si seruus plurium .§. fin. ff. de legat. 1. & l. nu-
34 mis .ff. de legat. 3. † Cum in conditionibus testamentorum, volũtatem potius, quàm verba considerare oporteat. l. pater seuerinam. ff. de condit. & demon. in ijsq; primum locum voluntas defuncti obtinet, eaq; regit conditiones. l. in conditionibus primum locum .ff. eod. Nec verba debent esse tantæ potentiæ, ut potiora mente existant .l. 3. C. de liber. præ-
35 ter. arg. l. Labeo .ff. de supell. leg. † Quapropter ad arbitrium boni viri semper redigi debet, nisi detur plenum arbitrium, de quo in dic. §. quamquam, vel mera voluntas, de qua in dic. l. si sic; uel tota voluntas, de qua in dic. l. fideicõmissaria, vel liberum arbitrium, de quo in. l. utrum .§. 1. ff. de reb. dub. quamuis de hoc aliter fortè dicendum sit. Quòd scilicet arbitrium, tametsi liberum alicui cõcessum reperiatur, cum bono tamen, & æquo coniunctum intelligi debeat; ut articulus ille, liberum, non iniquitatis licentiam comprahendere dicatur, sed arbitrandi tantum vim, ac potestatem, quæ ex se non ab alio dependeat: siquidem liberum, secundum

Plato-

Platonem, dicitur, quod sibi ipsi dominatur, hoc est non ex alterius dominatione depẽdet; hanc autem sui dominationem cum bono & æquo coniunctam, concessam esse, censendum est, arg. dic. l. si libertus ita iurauerit, nõ autem cum iniquitate, quæ nunquam in quauis generali concessione, etiã cum libera, permissa dici potest, arg. l. si procurator. §. Celsus .ff. de condic. indeb. l. si pater filiofamilias .ff. quæ in fraud. creditor. quamuis quilibet, tanquam humanus falli possit, modò non temere fallatur, etiam per imperitiam, quæ culpæ adnumeratur. l. imperitia .ff. de reg. iur. cum vulgaribus. Cum non debeat quis affectare, in quo intelligit, uel intelligere debet, suam imperitiam alijs periculosam futuram. l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. aquil. cui rei adstipulatur, quod inquit Boetius super primo perihermenias, quem refert, & sequitur diuus Thomas de aquino dic. lib. 5. prosa 2. videlicet, liberum arbitrium esse, de uoluntate iudicium animi nullo extrinseco, aut uiolenter cogente, aut violenter impediente, nullo cogente ad faciendum, quod displicet, nullo impediente, ne fiat quod placet. Hanc autem æquitatem quemlibet, qui iuri præest, nosse oportet: cum ius sit ars boni & æqui. l. 1.

.ff. de

.ff. de iustit. & iur. quod quidem bonum & ęquum ignorare minimè debet, ni iure meritòq; ręprahendi velit; quemadmodum reprahensus fuit Seruius Sulpitius à Q. Mutio, dũ ei dixit: Turpe esse patritio, & nobili viro causas exoranti, Ius in quo versaretur, ignorare .l. 2. §. post hos .ff. de orig. iur. Quinimò, non solum reprehendi: sed, & ab administratione remoueri, siquidem Valent. Theod. & Arcad. Impp. Tatiano PP. his verbis præceperunt: Si quos iudices, uel propter aduersam, uel longam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel simile aliquod vitium, sublimitas tua inutiles esse repererit, his ab administratione remotis, & alijs in ipsorum vicem subrogatis, furibusq; legitimis pœnis subiectis, ad nostræ mansuetudinis scientiam, non crimina, sed vindicta referatur. Vt autem ad arbitrium magnæ curiæ Vicariæ ueniamus, illud præfandum
36 est † Quòd tametsi in criminibus scrutandis quæstio adhiberi solet .l. 1. ff. de quæstion. eaq; ex edicto diui ~~Adriani~~, neq; semper, neq; in omni causa, & psona desiderari debet: sed cùm capitalia, & atrociora maleficia, non aliter explorari & inuestigari possunt, quàm per seruorum quęstiones efficacissimas ad requi-

37 rendam veritatem .l. edictum .ff. eod. † Non
idem tamen (vt diuus Augustus constituit) à tormentis incipiendum est, imò ad seruorum tormenta, ita demum veniri oportere epistola diui Adriani ad Sennium sabinum continetur, cùm suspectus est reus, & alijs argumentis ita à probatione amouetur, vt sola seruorum confessio deesse videatur. dic.l. 1. in qua, & multis alijs non agitur de quæstionibus reorum, sed seruorum; quibus facilius adhiberi solent, quàm liberis hominibus .l.
38 ex libero .ff. eod. † Quæstionisq; modum iudicem arbitrari oportere Vlpian scriptum reliquit in .l. quæstionis modum .ff. eod. quæstionem ita haberi consulens, ut seruus sal-
39 uus sit, vel innocentiæ † (Ita namque legendum existimamus, non innocentia, habita ratione recti sermonis arg. l. Plautius .ff. de auro & argen. leg. & .l. in ambigua .ff. de legib.) vel supplicio; vt vterq; articulus sit casus datiui, quasi dixerit, vt si sit innocens, remaneat saluus & integer à tormentis, si verò no-
40 cens, vt post tormenta etiam puniri possit †
Nec enim indiscretè quęstioni subijciẽdus ẽ
41 .l. nec si mors .C. de quæstion. † Præterea & illud ex dic. l. edictum adnotamus, non aliâs quęstionibus esse locum, quàm si capitalia &

atro-

atrociora sint maleficia, quorumq; pœnæ capitales
42 sint † Quarum fere isti gradus sunt, secundum Callistratum in l. capitalium ff. de pœn. & per Cæl. rhodig. lec. antiquar. lib. 6. cap. v. Summum .s. supplicium, vt ad furcam damnatio, uiui crematio, item capitis amputatio; deinde proxima morti pœna metalli coercitio; deinde in insulam deportatio: cætere enim pœnę ad existimationem, non ad capitis periculum pertinent; veluti relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam, vel cùm in opus quis publicum datur ad tem
43 pus, vel cùm fustium ictui subijcitur † Ex quibus legibus factum fuisse credimus, capit. Regni, Tormenta, num. 144. quód scilicet non adhibeantur tormenta, nisi in criminibus, pœnam vltra relegationem infligentibus in conuictos; de qua re nonnulla inferius suo lo
44 co scribemus. † Postea uerò in hoc Regno ob atrociora maleficia, quæ in dies maxima cum crassantia facinorosorum hominum patrari videbantur, à Serenissimo Rege CAROLO II. arbitrium hoc in torquendo reos indefensos introductum fuit; quod hodie est penes magnam Curiam Vicariæ, atque penes dn. Regni Proregem, in incipiendo à tormentis, contra edictum diui Augusti, & contra

formam dispositionis, tam iuris humani, hoc est ciuilis, ac pontificij, & præcipuè capitulorum Regni, quàm etiam iuris diuini; ut latius
45 infra demonstrabimus † Quod quidem arbitrium quoad mag. cur. vic. meritò præeminentia magnę Curiæ Vicarię appellatur, siquidem excepto Regni Prorege, penes quem mandatum Regium vulgò appellatur, nullis alijs iudicibus præterquam ipsi, iure proprio competit, cùm omnibus alijs curijs, ac magistratibus, non solum in ordinaria iuris notione (ex quo eo tempore quo dictum arbitrium sibi sumpsit, non fuerat institutum sacrum concilium) sed & in hoc præcipuè, in quo tantum periculum vertitur, vt suo loco docebimus, præeminebat, atq; excellebat, hoc ipsũ arbitrium præeminentia ipsius magnæ Curię Vicarię appellari cœpit, sicq. semper dici consueuit, hodieq; hoc etiam nomine appella-
46 tur † quamuis illud idem à DN. R. Prorege Regis vicario, cui primum concessum fuerat (vt infra videbimus) delegari etiam consueuit, non solum Iustitiarijs prouinciarum, sed & commissarijs, qui ab eo pro delinquentibus conquirendis mittuntur, quoad testes tantum, uel etiam quoad principales; ubi etiam caussæ cognitio delegatur: quinimò

etiam alijs magistratibus, tam baronalibus, quàm Regijs, ubi id petitur, audita tamen quoad hos prius relatione informationis per magnam Curiam Vicariæ sibi eiusq; à latere concilio facienda, informatione ipsa inspecta, atq; cognita. His igitur in modum præuię cuiusdam inspectionis breuiter cognitis, consequens est, ut ad huius arbitrij originem atq; processum, secundum ordinem, quem polliciti summus, ueniamus.

ARGVMENTVM CAP. II.

ARBITRIVM hoc à Serenissimo CAROLO II. originem habuisse ab eoq; sibi eiusq; generali in Regno Vicario primúm reseruatum fuisse demonstrat.

Deinde per inclitum ROBERTVM eius filium ad magistrum Iustitiarium, propagatum.

Tum postea per eumdem Ioanni de haia regenti curię Vicariæ, suoq; Cambellano, ac magistro hostiario concessum, tandemq; hodie penes magnam Curiam Vicariæ reperiri.

Com-

COMPENDIVM EORVM quæ in hoc ſecundo Capite continentur.

1 *IVdicibus nimium ſeuientibus freni temperies adhibenda.*

2 *Tormentis meta humana compaßione imponenda.*

3 *Tormenta in quibus criminibus locum habeant.*

4 *Indicia non requiruntur contra deprehenſos in fraganti crimine.*

5 *Pœnæ grauiores infligendæ humilioris fortunæ hominibus, quàm honeſtioribus, reſpectu qualitatis pœnæ.*

6 *Vilitas vitæ immunitatem præbet à ſeueritate legum.*

Multò magis pœna digni ſunt quibus plurimum honoris tributum eſt. &

7 *Crimen augetur dignitate, gradu, ſpecieq; militiæ.*

8 *Leues perſonæ quæ dicantur, vnde, et quibus alijs verbis ſignificentur.*

9 *C. Regni Tormenta nu. 144. fuit aditum poſt c. Tormentis nu. 190. imò ad eius*

corre-

correctionem, quamuis series capitulorum aliud demonstrare videretur.

10 *Tormenta adhiberi possunt quibuslibet personis sm. dispositionem iuris communis, praecedentibus legitimis indicijs, in omnibus criminibus, poenam vltra relegationem infligentibus in conuictos.*

11 *Quaestio adhibenda in publico, & coram aduocatis, hodie tamen aliter obseruatur.*

12 *Indiciorum copia reo danda, super quibus copiam habet reclamandi.*

13 *Aduocatus fisci potest interesse tortura, & in votando.*

14 *Appellatio iusta à tormentis admittenda.*

15 *C. Regni In accusatis, verbis eius relatis declaratur.*

16 *Dictio Autem est continuatiua.*

17 *Dictio Praeter stat inclusiuè.*

18 *Arbitrium torquendi, denegatis defensionibus, ortum habuit à dic. c. In accusatis.*

19 *Perfidia crimine crescente, publica vtilitas coercendo, vindicanda est.*

20 *Bis aliquid dicitur, ne qua dubitatio supersit.*

Consi-

21 *Considerationem Bartolomei de capua, circa intelligentiam dic.c. In accusatis, non militare ostenditur.*

22 *Iudex et adsessor quid ostendere magistratui debet.*

23 *Corrigere se voluisse quemquam in continenti, non est credendum.*

24 *Crimina, nec ob principalis maiestatis venerationem in occasione habenda, sed in veritate.*

25 *Crimina quò grauiora sunt, eò minus credenda.*

26 *Defensiones, nec per Imperatorem præcipuè in grauibus, tolli possunt.*

27 *Imperator, licèt legibus solutus sit, legibus tamen se alligatum profitetur.*

28 *Leges posteriores ad priores pertinent.*

29 *Declaratio dic.c. In accusatis in illis verbis, citra & contra formam. Et quæ sint de forma in processibus, & quæ de substantia.*

30 *Bonus quilibet præsumitur in dubio.*

31 *Statuta intelligi debent quò minus ledant Ius commune, & ut non contineant iniquita-*

quitatem, etiam per impropriationem verborum.

32 Quatuor literæ arbitrariæ explicandæ sumuntur, explicaturq; prima, c. Ne tuorum, nu. 237. circa generales vel speciales inquisitiones, recensitis dispositionibus, tam Iuris communis, quàm Regni & ritus magnæ curiæ Vicariæ.

33 Sine accusatore regulariter nemo damnari debet.

34 Ad accusandum nemo admittitur ex dispositione ritus magnæ curiæ Vicariæ, nisi qui suam, uel suorum iniuriam prosequitur.

35 Secunda litera arbitraria, c. Exercere volentes, nu. 221. circa compositiones faciendas.

36 Tertia litera arbitraria, c. Prouisa iuris Sanctio, num. 222. in torquendo latrones, & alios malefactores insignes etiam diebus festiuis & paschalibus, iuxta dispositionem iuris communis, cum arbitrio prorogato magistro Iustitiario.

37 Verba dicti c. referuntur, eaq; declarãtur.

38 *Latronibus etiã telo obuiãdũ & pro quiete communi contra eos publica ultio exercenda.*

39 *Committentes contra leges, illasq; & earum sententiam dilacerantes, legum communia præsidia defendere non debent.*

40 *Hac litera, arbitraria, fuit primùm hoc arbitrium concessum magistro iustitiario.*

41 *Magister iustitiarius ipse hoc arbitrio uti debet, hodie autem utitur eius locumtenens in magna curia Vicariæ.*

42 *Quòd hac litera concedatur magistro iustitiario hoc arbitrium (quamuis expreßè non dicatur) ex verbis probat.*

43 *Quarta litera arbitraria, c. Iuris censura, nu. 223. qua magis explicitè hoc arbitrium conceditur magistro iustitiario, et duplicis eius tituli reiectio.*

44 *Magistri rationales ante constitutum tribunal R. Cameræ, præsidebant cum Iudicibus in magna Curia pro cognoscendis causis Regij patrimonij.*

45 *Rationales prædicti apud Impp. habebant notio-*

notionem prædictam, & dicebantur Rationales, summæ rei, sicut & procurator patrimonij, similiter dicebatur procurator summæ rei.

46 *Tribunal Regiæ Cameræ dici debet summæ rei, non summariæ, ut corruptè vulgò dicitur.*

47 *Verba omnia dic. c. Iuris censura, referuntur ac declarantur.*

48 *Ciuitas Puteoli antea regebatur à magistro iustitiario cum ciuitate Neapoli.*

49 *Arbitrium hoc per hanc literam arbitrariam videri concessum magistro iustitiario simpliciter, non ad beneplacitum.*

50 *Opinio eorum qui dicunt hoc arbitrium fuisse concessum omnibus iustitiarijs, confutatur.*

51 *Arbitrium hoc vltimo loco fuit concessum Ioanni de baia Regenti curiæ Vicariæ in c. Si cum sceleratis, nu. 272. quod quinta litera arbitria dici posset.*

52 *Verba omnia dicti c. recitantur ac declarantur.*

53 *Impunitas à delictis facit concrescere ma-*

leficos cum nocumento Reip.

54 *Iudicum variæ opiniones, & Aduocatorum astutiæ, præpedia, & anfractus, vltionem malefactorum impediunt.*

55 *Viam peccandi aperit, qui, cum possit cohibere, permittit, quod Regi, nisi prouideat, impingi potest.*

56 *Dictio, alius, repetitiua similium.*

57 *Ordo est, ordinem non seruare ordinem non seruantibus.*

58 *Emendatur verbum dicti c. Sicut, vt legatur, sic vt, adeo quod sint duæ dictiones, non vna.*

59 *Appellatio ab hoc arbitrio, recipitur per sacrum consilium.*

60 *Arbitrium hoc, dilucidius explicatur hoc capitulo, eodemq; qualitas criminum, et reorum declaratur; formaq; procedendi præscribitur.*

61 *Arbitriũ huiusmodi per hoc capitulum fuit datũ Ioanni de haia personaliter contemplata eius persona, in procedendo sine cõsilio iudicum.*

Nomi-

62 *Nominis proprij præcedentia significat concessionem personalem.*

63 *Ordo scripturæ intentionem scribentis demonstrat.*

64 *Quot capita, tot sententiæ.*

65 *Personale priuilegium, personam non egreditur.*

66 *Ioannes de haia cambellanus, & magister hostiarius Regis Roberti, & Regens curiæ Vicariæ.*

67 *Titulus dic. c. Si cũ sceleratis, emendatus, vt legatur, magistro hostiario non iustitiario.*

68 *Consuetudo, optima legum interpres, nec sunt mutanda quæ & cæt.*

69 *Filius censetur eadẽ persona cum patre, & Filius Regis primogenitus, Rex appellari potest.*

70 *Præfectum prætorio non aliter iudicaturum esse præsumendum est, quàm ipse Rex iudicaturus esset.*

71 *Magister iustitiarius luminare maius, et vnde iustitiarius appellatus, iustitiarij autẽ Prouinciarũ, luminare minus*

qui

qui præsente magiſtro iuſtitiario ſilere debent.

72 *Magiſter unde dictus, & quid ſignificet.*

73 *Magiſtri proprium domicilium in Chriſto domino noſtro.*

74 *Magiſter iuſtitiarius in Regno qui Capitaneus in Imperio.*

75 *Arbitrium hoc ad omnes locumtenentes magiſtri iuſtitiarij hodie ſpectat.*

76 *Locumtenens magiſtri iuſtitiarij, à quo eligatur in magna curia Vicariæ, et de iudicibus cauſſarum criminalium poſt diuiſam iuris dictionẽ, & duobus regijs conſiliarijs in ea degẽtibus, & quomodo per eos in hoc arbitrio proceditur.*

77 *Sacrum conſilium recipit appellationem, etiam à comminata tortura.*

78 *Iuſtitiarij non poſſunt procedere ad actus iuridicos, & præcipuè ad torturam, abſq́; conſilio iudicum, et adſeſſorum.*

79 *Officium adſeſſoris in quibus conſtat.*

80 *Adſeſſor debet reſiſtere magiſtratui de facto procedenti.*

81 *Magnam curiam habuerunt Reges in*

qua

qua præsidebant baiuli, magister iustitiarius, iudices, magistri rationales, & prothonotarij.

82 *Carolus primus habuit vicarium Carolum secundum eius filium.*

83 *Carolus secundus habuit vicarium Robertum eius filium.*

84 *Robertus habuit vicarium Carolum Illustrem eius filium, ex quo.*

85 *Robertum legimus primùm habuisse & magnam curiam, & curiam vicariæ.*

86 *Ioanna secunda habuit vtramq; curiam.*

87 *Ioanna secunda ex duabus curijs, magna s. & vicariæ, fecit unam, eamq; appellauit magnam curiam vicariæ.*

88 *Renatus habuit vicariam Isabellam eius coniugem, ab eaq; appellatam curiam Vicariæ, hoc est vicariatus, substantiuè, non adiectiuè.*

89 *Magna curia quare dicta, & quomodo cognoscebat de caussis feudalibus; quod hodie facere non potest.*

90 *Sacrum concilium ab Alfonso primò institutum, in eoq; præsidem factũ Archiepiscopum*

scopum Valentiæ, qui postea fuit summus Pontifex nomine Calistus, qui successit Nicolao V.

91 *De apicibus iuris non est disputandum.*

92 *Magna curia Vicariæ meritò sibi hoc arbitrium sumpsit.*

CAPVT SECVNDVM.



CVM prouidentissimus Rex CAROLVS II. in c. Regni Tormentis, nu. 190.

1 † Vt freni temperiem iudicibus, sub colore forsitan vindicandæ Reip. nimium sæuientibus, adhiberet, arg. l. 2. C. de custod

2 reor. † ac tormentis, ad quæ officialium aliquorum immanitas (vt ipse inquit) propriæ voluntatis motum transdebitum effremebat, metam, humana compassione imponeret, edi-

3 xisset: † Ne quis tormentis aliquibus exponeretur, nisi in criminibus lęsæ maiestatis, aut, si viarum disrobator existeret, ita quòd contra tales publica fama laboraret, & sufficientia præcederent indicia, & nisi homicida esset, aut aliâs delinquens enormiter in fra-

ganti

4 ganti crimine deprehensus † quasi contra deprehensos in fraganti crimine, nec fama requiratur, nec indicia, quę in incertis, non in certis desiderantur, arg.l.Ille aut ille.§.1.ff.de legat. 3.l. Labeo.§. de his.ff. de suppell. leg.l. Continuus.§.cum ita.ff.de uer.ob.& quòd in tormentis ipsis, vbi leuis reorum esset persona, ius ciuile seruaretur, tam de criminibus, quàm de personis & qualitatibus tormentorũ infligendorũ.ex qua quidem constitutione euidentissimè apparet, in tormentis adhibendis, aliter procedi voluisse cum non leuibus personis, aliter verò cum leuibus; atq;,vt non leues personæ, non nisi in crimine lesæ maiestatis,vel vbi disrobatores viarum essent cum fama & sufficientibus indicijs, vel vbi homicidę essent, aut aliâs enormiter delinquentes in fraganti crimine deprehensi, torqueri possent, in leuibus verò ius commune seruaretur tam de criminibus, quàm de personis,& qua
5 litate tormentorum, † quandoquidem & in pœnis infligendis grauius puniutur humilioris fortunæ homines, quàm honestiores.l.fin. .ff. de sepul. uiol.l.1.ff. de effrac.l.3.ff.de crim. stellion.l.si adulterium.§. imperatores.ff. ad leg. Iul. de adul. quoad qualitatem.f. pœnæ
6 adtinet † quamuis aliâs dici consueuit, quòd

F vili-

vilitas vitæ immunitatem præbet à seueritate legũ .l. quæ adulterium .C. ad leg. Iul. de adul.
7 Quoad puniendum enim † multo magis pœna digni sunt, quibus plurimum honoris tributum est. l. presbiteri, C. de epis. & cler. quędamq; delicta paganorum, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant; militi verò grauiorem .l. quædam .ff. de pœn. Augetur namq; crimen, dignitate, gradu, specieq; militiæ .l. 2. ff. de re mil. iuxta illud Iuuenal.

Omne animi vitiũ tantò conspectius, in se
Crimẽ habet, quãtò q peccat maior habetur.

De qua re latè per Tiraquell. tract. de pœn.
8 caussa 31. † Dicunturq; personæ leues, hoc est viles .l. diuus cum gloss. ff. de bon. damnator. arg. l. humiles C. de incest. nup. & leues, hoc est leuis vitæ, constit. Regni, Hi, qui, sub tit. de inquisition. Aliâs humiles, & deplorati .l. si quis ex argentarijs .§. 1. ff. de edendo Aliâs tenues & exhausti, de quibus in .l. rescripto .ff. de muner. & honor. Aliâs viles & abiecti .l. ad commentariensem, C. de custodia reor. de quibus per Afflic. in constit. Regni, Si dãna clandestina, num. 38. Post hoc igitur edictum, animaduertens postea Carolus, se nimium restrinxisse materiam tormentorum,

ac veluti impunitatem, atq; ueniam quodammodo dedisse delinquendi personis non le-
9 uibus, edidit c. Tormenta, num. 144. † Quod, quamuis ex ordine, ac serie capitulorum impressorum, videatur factū ante c. Tormentis, verè tamen fuit editum postea, ut in vtroq; testatur Napod. Sebast. apud Nigrum municipem nostrum iurecon. peritissimum, capitulorumq; Regni interpretem copiosissimum, corrigendoq; quod dixerat in dic. c. Tormentis
10 † Generaliter statuit iuxta prouisionem iuris communis, scil. contra quoslibet accusatos tormenta adhiberi posse; pręcedentibus legitimis indicijs, argumētis, & suspitionibus; qualitate, & conditione personæ quæstionibus exponendæ diligenter inspecta, respectu modi .s. tormentorum, iuxta dispositionem .l. quæstionis modum .ff. de quęstion. in criminibus omnibus, pœnam vltra relegationē in
11 fligentibus. † haberiq; quæstionem subiunxit in c. Habebitur quæstio, nu. 145. in publico coram adsessoribus, actorū notario, & aduocatis: nisi nota & rationabilis caussa subes
12 set. ut in occulto fieri deberet, indicior. † et suspitionum, propter quę ad tormenta procederetur, copia data ei, qui quæstionibus exponeretur, iuxta dispositionem c. qualiter &

quando il 2.extra de accusation. & quòd su-
per illis haberet copiam reclamandi, decla-
rando sanè quod dicitur de aduocatis, ut per
Bar. & alios in l. si postulauerit §. quæstioni
ff. ad leg. Iul. de adulter. Hodie uerò semper
adhibetur in occulto, & sine præsentia aduo-
13 catorum † præsente solum aduocato fisci, con
tra quem, cum aliâs prætensum fuisset, quòd
nec in tormentis, nec in uotando interueni-
re debuisset, caussa cognita, prouisum fuit,
quòd in vtroq; interuenire valeat: eoq; iure
14 vtimur: deinde cum in c. Si iustè, nu. 146. prę-
cepisset, quòd si iustè à tormentis appellare-
tur, appellatio, ante adhibitam quæstionem,
reciperetur: His sic dispositis, prosequens eam-
15 dem materiam tormentorum † in c. In accu-
satis, nu. 147. In accusatis autem inquit de cri
mine lesæ maiestatis, & hæresis, publicis latro-
nibus, & disrobatoribus viarum, captis in fra-
ganti crimine, aut in fuga, in teste vacillante,
& in eo, qui deliquit iudice sedente pro tribu-
nali, ius Romanorum, & commune seruetur;
vt præter formam & modum pręsentis edicti,
hoc est præceptorum in tribus pręcedentibus
capitulis, cùm edictum incipiat à c. Ad perpe-
tuam rei memoriam, Regina iustitiæ, & du-
rat per multa capitula; vt ex ipsorum inspe-

ctione, ac continuatione apparet: nam in hoc c. In accusatis, nullus modus, nullaq; forma traditur, quæ tradita fuerunt in capitulis præ-
16 cedentibus iam relatis † idq; patet etiam ex dictione Autem, quæ est continuatiua; vt per Iason. in .l. 3. §. ex contrario .ff. de adquir. poss. & per doctor. in .l. hoc amplius .§. de ijs .ff. de dam. infecto, subdantur, sicut iudici videbitur, quæstioni; intelligendo, quatenus fortè mitius ageretur ex dispositione huius edicti,
17 quàm iuris communis, † vt dictio Præter capiatur inclusiuè, sicut in l. 1. in fine cum gloss. .ff. de pigner. act. in .l. stipulatio ista in prin. ff. de ver. ob. & in .l. Seio amico .§. si vxori .ff. de annuis legat. quæ verba similiter demonstrãt voluisse, quoad non leues personas corrigere quod edixerat in dic. c. Tormentis, subijciens postea, Nostro & generalis in Regno nostro Vicarij reseruato arbitrio, vt citra, & contra formam prædictam, faciamus adhiberi tormenta, sicut expedire videbitur, & facti occulti, vel periculosi qualitas suadebit: hæc ille
18 † Ex cuius vltimis verbis ortum habuit hoc arbitrium, de quo agimus, in torquendo .s. reos in criminibus in ipso capitulo expressis, citra & contra formam ipsius edicti, & dispositionem iuris communis, circa dandas .s.

defen-

defensiones vel non dandas,& appellationem recipiendam vel non recipiendam, reseruatum sibi, eiusq; generali in Regno Vicario, Roberto .s. eius filio,quem generalem in Regno suum Vicarium constituerat; nec sat sibi fuit dicere, Arbitrio(quod boni viri arbitriũ significare supra demonstrauimus) sed adiecit, sicut expedire videbitur, hoc est bono viro vtile esse videri poterit, habita ratione verbi Expedire,quod publicam significat vtilita-
19 tem † quæ perfidiæ crimine crescente, coercendo vindicanda est vt.l.1.§.hęc autem separatio .ff. depos.& uerbi Videbitur,quod ualet
20 videri poterit, vt supra declarauimus † bis hoc repetendo,ne qua dubitatio superesset, quin huic arbitrio bonum & æquum adiunctum esse deberet,arg.l.1.§.sed sciendum.ff.de
21 ædil. edic. † Et ita declarando non militat consideratio Bartholomei deCapua relata per Nigrum, quòd .s. per hoc capitulum in prin. in casibus enumeratis videatur corrigi, dispositio dic.c.Tormenta,& c.Habebitur quęstio, & ex consequenti ét iuris communis,circa necessarium interuentum indiciorum,& suspitionum,quasi voluerit Rex Carolus in huiusmodi delictis,posse procedi ad torměta,absq; legitimis indicijs; & fortè, quamuis hoc non

dicat

dicat, multò magis vigore huius arbitrij reseruati: hoc enim, nec verum est, nec ex hoc capitulo inferri potest: imò potius contrariũ, ob dictionem Pręter, quę est dictio inclusiua, ut supra diximus, & maximé, quia subijcit, sicut iudici de iure videbitur; de iure autem est, vt semper legitima præcedant indicia per supradicta, idq; etiam in crimine lesæ maiestatis. l. si quis alicui, vbi gloss. & doc. C. ad leg.
22 Iul. maiest. † Iudexq;, quod iure constitutum est, ostendere debet. l. quoniam iudices, C. de
23 appellat. † Nec est credendum quòd voluerit vel se in continenti corrigere, arg. l. non ad ea ff. de condit. & demon. vel permittere, quòd in quibusuis grauibus criminibus, procedi posset contra aliquem ad tormenta, absq; legi
24 timis indicijs † tum quia crimina, nec ob principalis maiestatis venerationem in occasione habenda sint, sed in ueritate. l. famosi
25 ff. ad leg. Iul. maiest. † tum etiam quia quò grauiora sunt crimina, quæ alicui obijciuntur, eò minus credendum est, scelerisq; vestigia necessaria sunt, vt inquit Cicero, pro Sex Rosc. Amer. & vbi contra salutem hominis agitur, diligentius examinanda res est. l. addictos, C. de epis. aud. l. addictos, C. de appel-
26 lat. † Quapropter in grauibus præcipuè cri-

minibus, nec per Imp. qui legibus solutus est .l. ex imperfecto, C. de testam. & .l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. tolli possunt, clement. pastoralis. §. cæterum, de senten. & re iud.
27 † Cum nihil tam proprium sit imperij, quàm legibus viuere, dic. l. ex imperfecto, C. de testam. decetq; tantę maiestati, eas seruare leges, quibus ipse solutus esse videtur, dic. l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. Nam, quamuis imperiali fortunæ (ut inquit Iustin. Imp. in §. fin. auth. de consul.) Deus ipsas etiam leges subiecit, ipsa hominibus, quasi animata quadam lege demissa, legibus tamē se alligatum profitetur, .l. digna vox, C. de legib. Pręterea idem Carol. II. in dic. c. Tormentis, de ijsdem criminibus loquens, non aliâs deueniri posse ad tormenta præcepit, quàm si contra reos fama laboraret, & sufficientia pręcederent indicia, vel delinquentes in fraganti crimine depre-
28 hensi essent: nec est nouum † posteriores leges ad priores pertinere .l. sed & posteriores cum duabus præcedentibus .ff. de legib. multoq; minus credendum est, quòd vbi procedendum esset dicto arbitrio, voluisset procedi ad tormenta, absq; legitimis indicijs; quæ eo casu, nō solum magis magisq; necessaria sunt, sed & vrgentiora quidem requiruntur, vt la-

29 tius infra demonstrabimus. † Nec obstant dicta verba citra & contra formam, & modum: quoniam intelligi debent; quoad defensiones, & appellationem; quæ respiciunt modū, & formam procedendi: non autem quoad indicia, quæ sunt quodammodo de substantia (vt ita dixerim) processus; cúm absq; indicijs, suspitionibus, & argumentis, nemo nocens existimandus sit. nam crimina sunt facti, facta autem non pręsumuntur, nisi probentur
30 .l. in finalibus .ff. finium regun. † et quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus, arg.
31 .l. meritò .ff. pro socio † statutaq; intelligi debent, quò minus ledant ius commune, c.cum dilectus .§. quia nobis, extra de consuet. & vt nullam contineant iniquitatem, impropriando etiam, si opus fuerit, ipsorum uerba; vt latè per Alex. consi. 85. ex nu. 10. 4. uol. cum alijs; de quibus per Aym. consil. 197. num. 6. Arbitriumque, tametsi liberum, iuri tamen, & ęquitati consonū esse debet; ut sup. diximus, & infra dicemus. Deinde Robertus huius Caroli filius, postquam fuit Rex, in duabus ex quatuor suis literis arbitrarijs, hoc idē arbitrium cōcessit, ad sui tamen beneplacitum, magistro iustitiario † Nam (ut pauca de his literis arbitrarijs prius dicamus) cúm in c. Ne tuorum

G nu.

nu. 237. quod est vna ex dictis literis; consideratis varijs iuris communis, et constitutionū Regni prouisionibus, circa generales ac speciales contra facinorosos homines, pro quiete communi, faciendas inquisitiones, vel non faciendas: cùm Vlpian. scriptum reliquisset, congruere bono & graui præsidi, curare, vt pacata atq; quieta prouincia sit, quam regit: neq; id difficilè obtinere, si sollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosq; conquirat (quod & Carolus pr. præceperat in c. Regni, Hac edictali, nu. 25. imò præceperat etiam Fridericus, in constit. Regni, Iustitiarij non per calendas, ob consilium fortè dicti Vlpiani.) nam sacrilegos, inquit, latrones, plagiarios, fures, conquirere debet; & pro ut quisq; deliquerit, in eum animaduertere, receptoresq; eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest .l. congruit .ff. de offic. præs. vnde cumq; scilicet sint .l. 3. in fine .ff. eod. & siue accusator existat, siue publicæ sollicitudinis cura produxerit, fieri quæstionem debere, ut noxius puniatur, innocens absoluatur, ex constitut. Constantini Imp. in .l. 1. in prin. C. de custod. reorum; per quæ verba, secundum quosdam, etiam specialis inquisitio concessa videbatur; posteaq; Iustin. Imp. nulli iu-

li iudicum circuire prouinciam; sine necessaria caussa permisit; nec in ea loci seruatores, aut latronum expulsores habere; vt in auth. Vt nulli iud. Item considerans, quòd de iure cõmuni, in publicis iudicijs quilibet, etiam quòd sua non interesset, nisi lege prohiberetur, ad accusandum admittebatur, toto tit. de popular. act. totoq; etiam tit. ff. & C. de accusat. & qui accus. non poss. quòdq; de iure Regni, Iustitiarijs per prouincias & partes prouinciarum permissum fuerat, vbi & quando expedire videretur, generales inquisitiones facere, constit. inquisitiones generales; idq; per Carol. I I. correctum fuisse, semelq; tantum in anno fieri concessum c. Regni, Generales, nu. 142. specialis namq; per Frider. prohibita fuerat, constit. Hi qui. §. de specialibus: & similiter per eundem Carol. I I. in dic. c. Generales; nisi de speciali Regis mandato, vel magistri iustitiarij, aut eius locumtenentis, & iudicum ipsius magnę curiæ, vbi concorditer vidissent, omnes, vel maior pars eorum, inquirere, & inquiri facere de speciali crimine, & contra specialem personam: item & nisi in nouem casibus, quos ibi congerit Bartholo-
33 meus de capua apud Nigrum † Præterea animaduertens, quòd de iure communi, nemo si

ne accusatore damnari potest .l. rescripto .§. si quis accusatorem, cum gloss. ff. de muner. & honor. sicq; etiam de iure Regni, per constitutionem Caroli I I. in c. Pridem. nu. 218. & in c. cura nobis, num. 219. ipseq; etiam Rober. edixerat in c. Vt delatas, nu. 235. iuxta illud Euägelij, Mulier ubi sunt qui te accusät?

34 et cæt. ut legitur Ioann. cap. 8. † quòdq; tandem, secundum ritum magnæ curiæ, & Vicariæ, qui hodie, post confirmationem Reginæ Ioannæ II. est in viridi obseruantia, nemo ad accusandum admittebatur, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequeretur (qui etiam de iure communi ab accusando non excludebatur. l. hi tamen .ff. de accusat.) vt in ritu, qui incipit Quòd nullus, sub tit. de accusat in Ritib. magnæ curiæ Vicariæ, vbi reperitur triplicatus. Rober. inquam in dic. c. Ne tuorum, his omnibus pensatis, ne maleficia remanerent impunita, concessit magistro iustitiario, ut in quibusdam casibus, per eum relatis, ex officio ad inquisitionem procedere posset. Nam vbi accusator ab initio extitisset, & ab accusatione destitisset, mandauerat aliâs, quòd etiam in caussa appellationis ad vlteriora procedere posset, in c. ad consultationem,

35 nu. 220. † Cùmq; in c. Exercere volentes, nu.

221.

221. quod est altera ex dictis literis arbitrarijs, potestatem eidem magistro iustitiario dedisset, in quibusdam casibus, componendi,
36 di,& commutandi pœnas: In tertia postea † cui initium, Prouisa iuris sanctio, num. 222. volens procedi posse ad quæstiones contra latrones,& alios malefactores insignes, etiam diebus festiuis & paschalibus,concessit eidem magistro iustitiario hoc arbitrium, his ver-
37 bis † Prouisa iuris sanctio, meliora prospiciens, & vtiliora preponens, latrones insignes maximè,cęterosq; maleficos grauiorum scelerum labe respersos, ab indultis communibus eximens, signanter edixit, ut feriarum solennium intermissione non gaudeant, sed diebus ipsis, etiã si paschalis dies casualiter incidat, tormenta substineant, & vinculorum requiem vnà cum cæteris non resumant (alludens ad dispositionem .l. nemo C. de fer.) colligendo sano sensu, quòd ipsa prouida sanctionis inspectio, aliter cum præfatis reprobis agi disposuit; & aliter cum alijs agendum communiter legum regulis dereliquit: Recordatusq; quòd Carol. II. eius pater,quædam ediderat capit. de reorum quęstionibus prouidendis, ac cum cautela amabilis humanitatis habendæ (alludens, ad dic.c. Tormen-

tis,ibi

tis, ibi, humana compassione, & cæt. & ad c. Torméta, cum duobus sequen.) & de reis ipsis veteris cõstitutionis edicto, declaratione subiuncta, in certis casibus committẽdis fideiussoriæ cautioni (alludendo ad constit. Regni, Humanitate nobis, & ad c. Regni, In generalibus, num. 141.) ne malefactorum procax audacia, & præsumptio refrenanda, quibus frequens neglectus omissę punitionis applaudit, humanitate edicti paterni participes, crescant in grauius, & periculosius inculcentur; latrones vulgariter, ac publicè diffamatos, qui in domibus, ac in itineribus, uel in mari,
38 violentias, aut aggressiones perpatrant, † (quibus etiam telo obuiandum esse sciebat, & aduersus eos, pro quiete communi, exercendæ publicæ vltionis, indultum fuisse, in .l. 1. & 2. C. quand. lic. sine iud.) nec non, reos alios maiorũ scelerum labe notatos, vulgari quodammodo notoria populi opinione grauatos, & labefactos infamia, ab eorundem capitulorum paternorum, in præfatis duobus articulis, humanitate secludimus, & quęstiones de ipsis habendas, vel non, ipsarumq; modum, & fideiussorię cautionis remedium recipiendum, vel denegandum, & formam cautionis eiusdem, vsq; ad nostrum beneplacitum,

tum, arbitrio tuo laxamus, quo cum conſilio iudicis, & adſeſſoris tibi per curiam dati, diſcretè vti volumus & iubemus; dignum exi-
39 ſtimantes ac congruum, † vt delinquentibus grauius, frequentiusq; peccantibus, grauius eſſet punitionis edictũ; & qui leges, earumq; ſententiam, ex quadam aſſiduitate dilacerant, ipſarum legum, eos communia præſidia non defendant; cùm non ſit audiendus aduerſus pręcepta legum, qui, dum leges inuocat, con-
40 tra eas committit .l. auxilium .ff. de minor. † Ex cuius conſtitutionis verbis; Primò demõſtratur, hoc arbitrium torquendi, uel nõ torquendi huiuſmodi reos, de ſupradictis criminibus labe notatos ac diffamatos, vel committendi fideiuſſoriæ cautioni, contra formam capitulorum Regni, ac iuris communis, in his duobus articulis, fuiſſe hac tertia litera arbitraria, atq, hoc capitulo conceſſum, magiſtro iuſtitiario, ad quem verba diriguntur, vt .ſ. cum cõſilio iudicis, & adſeſſoris ſibi per curiam dati, vſq; ad ſuum beneplacitum, eo vtatur, & diſcretè, hoc eſt bene conſideratis omnibus conſiderandis, excludendo ſupradictos reos, in dictis duobus articulis, ab humanitate edicti paterni, eoſq; ſubijciendo rigori
41 dic. c. In accuſatis † Deinde euidentiſſimè col-

ligitur, voluisse, quòd ipsemet magister iustitiarius, eo arbitrio vti deberet, cum dicto consilio: Præsidebat enim eo tempore dictæ magnæ curię, magister iustitiarius, vt infra latius dicemus, habebatq; secum iudices, ex quibus, volens hoc arbitrio vti, vnus sibi adsidere debebat, vt cum eius consilio procederet; & propterea inquit, cum consilio iudicis, & adsessoris tibi per curiam dati. Hodie verò, quoniam in magna curia vicarię, non adsidet ipse magister iustitiarius, sed eius locumtenens, qui dicitur Regens magnæ curię Vicariæ, habens pro cognitione caussarum criminalium quatuor iudices; & inter eos, duos ex sacro consilio; qui singulis duobus annis variantur, ac mutantur, vltra tres alios iudices, quos habet pro cognitione caussarũ ciuiliũ, post diuisam in dicta magna curia Vicarię iurisdictionem: dictus Regens hoc arbitrio vtitur cum consilio omnium iudicũ caussarum criminaliũ: imò dicti iudices quandoq; absq; 42 eius interuẽtu, vt infra declarabimus † Quòd autem hoc capitulum tribuat magistro iustitiario hoc arbitriũ, & quòd loquatur de hoc arbitrio, licèt expresse non dicat, patet, Primò, quia loquitur de ijsdem criminibus, & personis, de quibus & contra quas Carol. II.

eius

eius pater dict. c. In accusatis, reseruauerat sibi ciusque Vicario hoc arbitrium, procedendi. ſ. ad quæstiones citra & contra formam sui edicti, & iuris communis: deinde hoc apertissimè significant omnia & singula verba, quæ subijcit, videlicet, vt ab humanitate edicti secludantur, vt grauius adsit punitionis edictum, vsq. ad eius beneplacitum, &, vt communia præsidia eos non defendant, hoc est, defensiones, & appellatio fortè: quod non esset, si iuris ordine seruato procedere deberet; & præcipuè appellatio; cuius vsus frequens, & necessarius est. L. 1. ff. de appellation. Præterea, quia vult, vt hoc edictum maximam habeat seueritatem; quam, absq. dicto arbitrio non haberet, arg. l. si quando. ff. de legat. 1. Præterea, euidentissimè etiá apparet, voluisse, quòd, vt hoc arbitrio vti valeret, indicia legitima præcedere deberent; quandoquidem vult, quòd procedat cum consilio iudicis, & discretè. Post huiusmodi autem capitulum, & tertiam literã
43 arbitrariam, † Idem Robertus, scribẽs ad eundem magistrum iustitiarium in c. Iuris censura, nu. 223. quod est quarta litera arbitraria; in qua nobis non placet rubrica, quæ dicit, De officio cõcesso officialibus: nec etiam, quæ in aliquibus voluminibus legitur; Idem magistris

 gistris

gistris rationalibus: nam, cum in hoc capitulo, magis dilucidè loquatur de hoc arbitrio, nec vnquam ipsum alij competijt, quàm generali in Regno Vicario, ex dispositione c. In accusatis, & magistro iustitiario, ex dispositione cc. Prouisa iuris sanctio, & Iuris cēsura: nec etiam postea, nisi Ioanni de haia, Regēti curiæ Vicariç; & post eum reperitur vsucaptum per magnam curiam Vicariç, vt infra demonstrabimus. Nec magistros rationales, qui eo tēpore in magna curia aderant, id vnquam exercuisse credēdum est, cùm aliud ipsorum officium esset, cognoscendi .s. de patrimonio Regis; vt colligitur ex c. fiscalium, nu. 255. & ex c. nouis morbis, nu. 257. quamuis postea, penes Ladislaum, Gentilis de morilinis de Sulmona legum doctor, fuit in eius magna curia rationalis, locumtenens, logotheta, & protonotarius, vt ex data c. Non sine prudentis, num. 289. neutra ex dictis rubricis
44 stare potest: nam, † (vt obiter aliquid etiam de officio magistrorum rationaliū, veluti per trāsennam, dicamus) illud sciendum est, quòd antequam fuisset constitutum tribunal Regiç cameræ summæ rei, hoc est patrimonij Regis (ita namq; nos loquendum, ac scribendū, non sūmariç, vt vulgò dicitur, existimamus) quod

alibi latius declarauimus, in eadam magna curia præsidebāt, vltra alios iudices, etiam magistri rationales; qui cognoscebant solùm de caussis concernentibus Regium patrimoniū, vt patet ex dictis capitulis, Fiscaliū, & Nouis
45 morbis: † Hi autem apud Imperatores appellabantur rationales summę rei; vt probatur ex .l. dominicis. C. vbi causs. fiscal. vel diuin. dom. in qua legitur titulus huiusmodi, Idem Imp. Constantinus ad Olefarum rationalem summæ rei, Idemq; Imp. Constantinus, in .l. fin. C. si propter publ. pēsit. procuratorem Regij patrimonij, appellat procuratorem summæ rei;
46 ob quod † omninò appellari debet Regia camera summæ rei, non summariæ. Et quòd dicti rationales habuissent cognitionem caussarum Regij patrimonij, apparet, non solum ex dic. l. dominicis, sed et ex .l. fin. C. de aduoc. fisci, ibi, rationales priuatæ rei caussis, vel sacri ærarij pręsidentes. Idem inquam Robertus, vt huius quartę literę arbitrarię verba cognoscamus, dictumq; arbitrium expresse dicto magistro iustitiario datum, seu potius excitatum,
47 videamus. † Iuris (inquit) censura, prouidè, excedentium aliquorū facinora, rigore acerbari cōuenit, per quod locus relinquatur exēplo, iuxta dispositionem .l. aut facta. §. fin. ff.

 de pœn.

de pœn. vt qui leges calcant, & solita quadã assiduitate dilacerant, omnes cõmunia legum auxilia non defendant; alludẽdo similiter ad defensiones, & appellationem fortè; vt in precedẽti capitulo, Sanè in aures nostras frequẽs clamor inualuit, & inculcata querela cũ murmuratione perstrepuit, quòd in ciuitatibus Neapoli, & Puteolis, earumq; districtibus, tuæ
48 iurisdictioni cõmissis: † ex quo apparet, quòd eo tempore ciuitas Puteoli regebatur, & gubernabatur à magistro iustitiario, cum ciuitate Neapoli, insurrexerunt latrones insignes, disrobatores stratarum, incendiarij, violenti raptores, & aliorum grauium scelerum insolentes, enormiter notabiles, & famosi; contra quos communis laborat infamia, & ipsorum delictorum crassantia, eos facit quodãmodo manifestos: vt igitur vindicta feriat, quod effrenata licentia hebetandi commisit, tibi presentium tenore committimus, vt contra facinorosos huiusmodi, Deum solùm, & iustitiam habens præ oculis, & ipsam puram, & simplicem substantiam veritatis, iuxta dispositionem c. qualiter, & quãdo il 1. extra de accusat. c. 1. de senten. & re iud. in 6. & l. rem non nouam. C. de iudic. non obseruatis capitulis Regijs, pro statu fidelium editis, nec ali-

qua ſolennitate iuris, cum cõſilio iudicis per curiam tibi dati; procedere ſine trepidatione valeas, etiam iuris ordine prętermiſſo; vt offenſæ leges ſe vindicent, extinctis reprobis, & terris eiſdem quies proba adueniat, nocendi facultas abſcedat, & pacis optata amenitas
49 ſuauibus reuiuiſcat. † Ex hac igitur quarta litera arbitraria, dilucidius apparet, Robertum conceſſiſſe hoc arbitrium magiſtro iuſtitiario contra huiuſmodi facinoroſos homines, atq; in huiuſmodi criminibus, ſimiliter cum conſilio iudicis ſibi per curiam dati, intelligendo propterea ſemper, legitimis præcedẽtibus indicijs, defenſionibus tantùm denegatis, appellationeq; fortè non admiſſa, per ſupradicta; fuiſſeq; conceſſum, ſimpliciter, & non ad beneplacitum, niſi velimus dicere, beneplacitum intelligi repetitum, dictumq; arbitrium, hac litera, non fuiſſe de nouo conceſſum, ſed excitatum, attentis illis verbis, Sine
50 trepidatione procedere valeas. † Illud autem minimè omittendum volumus, quòd quamuis aliqui velint, quòd vigore harum duarum literarum, hoc arbitrium videatur conceſſum etiam iuſtitiarijs prouinciarum; conſiderato titulo c. ad conſultationem, num. 220. qui eſt, Rober. & cæt. Iuſtitiarijs principatus. Nos

tamen minimè hoc verum existimamus, quoniam, misso quòd in vtraq; litera dirigitur sermo vni singulariter, ibi, tuo arbitrio, cum cõsilio iudicis tibi per curiam dati, sine trepidatione procedere valeas: & in litera, Iuris censura, dicitur, in ciuitatibus Neapoli, & Puteolis tuæ iurisdictioni subiectis, per quę verba, est omninò dicendum, esse directam magistro iustitiario, quamuis in specie nõ dicatur: itaq; credimus inspici posse in libris originalibus, si quidem videmus in volumine capitulorum, ex ipsorum serie, non solum posita capitula absq; ullo ordine, sed multa absq; titulis, & pleraq; sine die, & cõsule: et quod præcipitur obseruari in dic. c. Ad cõsultationem, per iustitiarios, est, quod statutum fuerat in c. Spectat ad præsides, cum additione, quòd illud idem censeatur statutum in caussis appellationũ, vt patet ex duplici (vt ita dixerim) data in dicto c. sequentia verò tria capitula, videlicet, Exercere volentes, Prouisa iuris sanctio, & Iuris censura, non sunt comprehensa in dic. c. Ad consultationem: quoniam habẽt proprias datas, quamuis in nulla appareat certa dies; & si id fuisset, vnica tantum data posita inueniretur, eaq; in c. Iuris censura. Prętcrea, notissimum est iustitiarios nunquam il-

lud

lud habuisse iure proprio: sed eis datũ & concessum per D. N. Proregem, & eius collaterale concilium: videmusq;, nec Barones, qui in ipsorum priuilegijs habent quatuor literas ar-
51 bitrarias, vnquam illud habuisse. † Tandem verò idem Rex Robertus in anno 1313. Regnorum suorum anno 5. in c. Si cum scelera-tis, num. 272. quod fortè dici posset quinta litera arbitraria, & magis propriè, ut infra demonstrabimus; & sic legitur in volumine capitulorum impressorum per Ioãnem Paulum Zucanappum in anno 1544. hoc idem arbitrium concessit Ioanni de haia, Regenti curiæ Vicariæ, & magistro hostiario, ita namq; legendum, non magistro iustitiario; ut infra di-
52 cemus † his verbis; Si cum sceleratis, & reprobis, quos notabiliter fama grauat, vel crebra cõmissio criminum dat insignes, pro eorum tali commissione, seu meritis, non agitur ad
53 vindictam, † consequens erit, viros tales, ex impunitate concrescere, & nostram Remp. cum nostrorum nocumento fidelium, grauia nocumenta sentire. Sicut igitur, intellecto, quòd sicut casus accidunt, caussæq; succedũt, multi de talibus delati, vel capti, ad Vicariæ Regni nostri (cui præsides) curiam, producuntur, & iam aliqui peruenerunt, contra

quos

54 quos, † tum propter varios in ſuis opinionibus intellectus iudicum dictæ curiæ, tum propter alia; quæ per aduocatorum aſtutias ingeruntur præpedia, & anfructus, non proceditur, prout decet, ad condignam & celerem vltionem; mirari compellimur, & turbari, ſic ipſis deferendo maleficis, quòd de tam generali eiuſdem Reip. derogatione, quę ſequitur, non penſatur; ita quòd dum vni vel pluribus de huiuſmodi ſceleratis, vt euadant, applau-
55 ditur, toti vniuerſo, quod leditur, derogatur † Verùm, attēto quòd ſcribitur, quia viam peccandi aperit, qui cum poſſit cohibere, permittit, quod nobis non immeritò valeret impingi. Tibi, de cuius fide confidimus, de cuius zelo ad iuſtitiam, & odio ad ſcelera in eſſe ſperamus, de certa noſtra ſcientia, permittimus, vſq; ad noſtrę maieſtatis beneplacitum, vt tu ſolus contra quoslibet notatos, ſeu denuntiatos, vel infamatos, quòd ſint diſrobatores ſtratarum, aut homicidæ, fures, vel latrones inſignes, vel aliorum grauaminum la-
56 befacti infamia: intelligendo ſimiliū; † cùm dictio, Alius, ſit repetitiua ſimiliū, ſecundum gloſſ. communiter approbatam, in .l. ſi fugitiui C. de ſer. fugit. cum delatione, vel ſine delatione quacumq; ad manus tuas quomodolibet

dolibet venientes, occaſione grauiorum criminum generaliter, & ſpecialiter poſſis inquirere(hicq; eſt alius caſus generaliter ac ſpecialiter inquirendi) & procedere contra eos,
57 etiam iuris ordine non ſeruato: † quia in talibus eſt ordo, ordinem non ſeruare, qui nullum iuris ordinem ſeruauerunt. Si (ita namq;
58 legendum † arbitramur, conditionaliter, habita ratione recti ſermonis, arg.l. plautius .ff.de auro,& argen. legat. &.l. in ambigua.ff. de legib.)in promptu:vel ſic,vt in promptu;vt ſint duę dictiones, ſic,& vt, non autem vna, ſicut; quæ nec etiam congrueret intentioni Regis: ſi, inquit, in prōptu de criminoſis perſonis,& criminibus tibi conſtiterit,per aliqua indicia, vocem,ſeu famam publicam, aut per aliquos teſtes,quos tantum ad tui informationem recipere te volumus, parte non vocata, aut eorū appellationibus, ſeu defenſionibus
59 non admiſſis † (quamuis hodie per ſacrū conſilium admittatur appellatio, vt infra etiam dicemus)iuxta tuum arbitrium, Deum tantū, & iuſtitiam habendo prę oculis, ſic in promptu, ad ſciendum de ipſis criminibus veritatem, eorumq; complices & fautores,eos, pro ut tibi videbitur, ſubijcere valeas quæſtioni, ipſoſq; pro exceſſu & criminum qualitate pu

60 nias rigorosè, & reliqua. † In hoc igitur capit. clarius, atq; dilucidius, quàm in tribus præcedentibus, fuit hoc arbitrium concessum atq; explicatum; qualitates criminum reorumq; denotatę, procedēdiq; forma declarata ac prę-
61 scripta; † Ex cuius titulo, primò colligitur, hoc arbitrium fuisse concessum Ioãni de haia Regenti curiæ Vicariæ, contemplata potius eius
62 persona, quàm officij: † tum quia incipit à nomine proprio, arg. eorum quæ considerantur per Iser. de successión. feudi, in prin. dum loquitur, de feudo dato alicui, & Petro eius filio
63 nominatim; † ordoq; etiã scripturę id suadet l. quoties. ff. de vsufruct. leg. & . l. generaliter. §. quis ergò. ff. de fideicom. liber: tum etiam, quia permittit, ut procedat absq; consilio iudicis; quod non permisit magistro iustitiario in prę cedentibus capitulis. ob quod hæc litera plenius, ac magis propriũ tribuit arbitriũ, quàm præcedentes, quæ illud concedunt cum consilio iudicis: idq; demonstratur, quia hoc ei concedit propter uarios in suis opinionibus
64 intellectus iudicũ dictæ curiæ vicarię, † quia quot capita tot sententiæ. l. quia poterat. ff. ad senatuscon. trebell. dicens, ut tu solus, & cæt. tibi, de cuius fide, & de cuius zelo, & cæt. tibi cõstiterit, & cæt. iuxta tuum arbitrium, & cęt.

& pro

& prout tibi videbitur & cęt. Vnde cũ ſua per
65 ſona extinctum fuiſſe videtur: † cùm perſonale priuilegium, perſonam non egrediatur .l.quia tale .ff.ſol.matrim. l.cũ patronus.ff. de legat.2.l.1.§.fin.ff.de conſtit.prin.§. ſed quod principi, inſtit.de iure nat. gent.& ciui. Quòd
66 autem † Ioannes de haia, non fuerit magiſter iuſtitiarius, ſed magiſter hoſtiarius, probatur ex auctoritate Caroli Illuſt.filij Roberti, & Vicarij, qui capitulum, Deteſtantes, quod edidit pro ſupplẽdis defectibus cauſſarum, quod reperitur poſitum inter ritus magnæ curiæ vicariȩ, in anno 1320.anno 7.poſt c.Si cum ſceleratis, direxit eidem Ioanni de haia, appellans ipſum, paternum Cambellanum, Magiſtrum hoſtiarium, conſiliarium, ac noſtræ magnȩ curiæ Regentem, magnam curiam appellando curiam ſuam Vicariæ; ſi quidem erat vicarius Roberti patris, quo etiam viuo mortuus fuit. Nec etiam eſt veriſimile, quòd eſſet eodem tẽpore Magiſter iuſtitiarius, & Regẽs Curię Vi-
67 cariæ: † Propterea q; titulus huius c. Si cũ ſceleratis, emenderi debet, vt dicatur, magiſtro hoſtiario, non magiſtro iuſtitiario; & ita legitur in volumine capitulorum impreſſorum per Ioannem paulum Zucanappum in anno 1544. Quamuis autem cum eius perſona fue

rit extinctum, quia tamen, reperitur receptũ in volumine capitulorum Regni cum alijs capitulis, Regensq; magnæ curiæ Vicariȩ, post vnionem Magnæ, & Vicariȩ curiarum: de qua infra aliquid dicemus, cum suis iudicibus solus semper hoc arbitrio vsus fuit; sibiq;, velut iure ꝓprio, sumpsit, ac vindicauit; nihil aliud hodie querendum est, nisi, quomodo exercẽ-
68 dum sit: Cùm † optima legũ interpres sit consuetudo .l. si de interpretatione. ff. de legib. minimeq; mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt .l. minimè .ff. eod. Secundò ex uerbis capituli, clarissimè liquet, hoc capitulum fuisse editum post præcedentia duo capitula, quibus precipitur procedi cum consilio iudicis, hoc autem sine consilio iudicis, vt supra ostendimus: quãuis credendum sit, post dictum Ioannem de haia, successores in magna curia Vicariȩ, semper processisse cum consilio iudicum; vt infra dicemus. Ex supradictis igitur quatuor capitulis euidentissimè apparet, hoc arbitrium ortum habuisse à Carolo II. ab eoq; sibi, & eius generali in Regno Vicario reseruatum, Roberto scilicet suo filio, quem sibi Vicarium constituerat, & confidentissimè quidem; cùm & na-
69 tura † (vt inquit Iustin. Imp. in .l. fin. C. de im-

pub.

pub. & alijs sub.) filius censeatur esse eadem penè persona cum patre, patrisq; vox filij,& è contra dicitur .§.ei qui, instit. de inutilib. stipul.filiusq; etiam in vita patris, quodammodo dominus existimatur .l.in suis .ff. de liber: & posth.l.in suis .ff. de suis,& legit: proindeq; dicitur, quòd filius Regis, primogenitus inquam, Rex vocari potest,vt per gloss. in c.Cœpit Hermigildus 24.q.1.confidenter etiam,& cuilibet alij Vicario reseruatum esse dicendũ est; prout reseruatum esse credẽdum est, tan-
70 quam præfecto prætorio; quem,†ob singularem industriam, explorata eius fide,& grauitate, non aliter processurum esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, existimat Rex, quàm ipse processurus esset .l. vnica .ff.de offic. pręfec.
71 prætor. Deinde † per Rober. illud fuisse concessum etiam magistro iustitiario, velut iustitiæ speculo, ut in constit.Regni, magnę curiæ; si quidem iustitiarij nomẽ,& normam sibi ius,& iustitia contulerunt,constit.Regni, Nomẽ & normam: Ex quo magister iustitiarius, luminare maius à Friderico Rege appellatur, Iustitiarij verò regionũ, luminare minus:propterea q; pręsente magistro iustitiario iustitiarij silere debent; vt potè minori lumine, per luminare maius superueniens obscurato,

rato,constit. Regni,Honorem debitum; nec immeritò, cùm sit magister iustitiarius: ma-
72 gistri † enim appellantur, quibus præcipua cura rerum incũbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & sollicitudiné,rebus, quibus præsunt, debent.l.quibus præcipua .ff.de ver. signific. cùm verbum magister,à verbo magistrari, seu magistrare deriuetur; quod secun-
73 dum Festum, regere,& gubernare est. † cuius proprium domicilium (vt nos alibi latius declarauimus)in CHRISTO domino nostro est,qui(vt habetur Matthęi 23.)vnus magister est, migrationes verò in alienum,multæ:nam & cuiuslibet disciplinę præceptores, magistri
74 appellari consueuerunt, dic.l. quibus. hic † autem,qui in Regno magister iustitiarius est, in Imperio capitaneus appellatur,constit.Regni, caussas. de officio quorum, quoniam de hoc nihil ad rem de qua agimus, videnda est constitutio Regni, capitaneorum; postea verò, per eundem Robertum, concessum fuisse Ioanni de haiã, Regéti curiæ Vicariæ, eo modo,quo supra diximus in explicatione c.Si cũ
75 sceleratis.Tandem † auté, videmus illud propagatum ad locumtenentem magistri iustitiarij, hoc est ad Regentem magnæ curiæ Vicariæ: postquam ex duabus curijs, magna .s. &

Vica-

Vicariæ, una facta fuit, magnaq; curia vicariæ appellata, quæ meritò sibi hoc arbitrium sumpsit, atq; uindicauit; appellaturq; arbitriũ, seu præeminentia magnę curię vicarię; ut in
76 primo capite diximus †: tum quia in ea semper eliguntur, locumtenens siue Regens, & Iudices, non per magistrum iustitiarium, sed per DN. Regni Proregem & Vicarium, explorata ipsorum fide & grauitate, tũ etiam, quia, postquam in ea fuit separata iurisdictio, ciuilis .s. à criminali, dictus Regens, præter tres iudices ciuiles, habet apud se, quatuor iudices criminales; ex quibus, duo sunt ex sacro Regio concilio, qui singulis duobus annis, ex ordine DN. Proregis, uariantur, ac mutãtur; cum quorum consilio proceditur, ac disceptatur, si est locus arbitrio prædicto, commissa per Regentem caussa uni ex dictis quatuor iudicibus; per quem facta relatione in aula omnibus, uel maiori parti ipsorum, audi tis partibus, ac Regij fisci patrono, arg.l.de unoquoq; .ff.de senten.& re iud.non manifestatis reo indicijs, ex uoto dictorum iudicum, etiam quòd Regẽs absit, aliquo fortè impedimento, per dictos iudices, secundum uotum maioris partis, quid agendum sit, decernitur, ac prouidetur; iuxta formam capitulorum,

Proui-

Prouisa iuris sanctio,& Iuris censura, ut euitetur legum correctio, atque ut leges legibus concordentur .l. præcipimus .C. de testam. l. pręcipim⁹ C. de appellat.&.l.unica C. de inoffic. dor. † Imò & à comminata tortura appellatur ad sacrum concilium, & appellatio recipitur; vt infra etiam dicemus: cùm non sit verisimile, quòd etiam si Robertus arbitrium, quod concessit Ioanni de haia, voluisset illud intelligi concessum omnibus futuris Regentibus Curię Vicarię, voluisset ipsos procedere quemadmodum commissum, & creditũ fuerat Ioanni de haia, cuius fidem,& zelum satis benè nouerat, futurorum verò nihil scire poterat; multoq; minus, vbi Regentes non vigore dicti capituli, sed ex consuetudine sibi illud sumpsissent, ferendum fuisset, vt absq; consilio iudicum,ad id processissent:quandoquidẽ, si ipse iustitiarius procedere voluisset, cum consilio iudicũ procedere debuisset, per dic. cc. Prouisa iuris sanctio,& Iuris censura; quæ non reperiuntur mutata,per supradicta; & quia ad hoc sibi iudices dantur,dic.l. quoniam iudices C. de appellat. † Et sine eorum consilio, iustitiarij non possunt ad actus iuridicos procedere, & pręcipuè ad torturã c.Regni in cognitionibus, num. 45. & dic. cc. In

77

78

accusa-

accuſatis, Habebitur queſtio,& alijs: nec decet Iuſtitiarium,ac Regentem iuris ignarum, & idiotam (qualis ferè ſemper eligi conſueuit) arbitrio ſuo aliquid facere; cũ habeat tot, ac tantos iudices ſibi per curiam datos, arg.l. nemo, C.de decurion.l.prohibitũ, C. de iure fiſci, c.vindicet 3.q.7.c.plerumq; 11.q.3.imò nec mandare capi facere aliquem de perſona, prætextu cuiuſcumq; exceſſus, abſq; conſilio ſaltem vnius ex dictis iudicibus poteſt, iuxtà ritum magnæ curię Vicariæ: Item quòd lo-
79 cumtenens, ſub tit. de captur. † cùm omne officium adſeſſoris, quo iuris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his ferè cauſſis conſtat in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis, .l.1.ff. de offic. ad-
80 ſeſſor. † Imò, ſi magiſtratus, de facto procedere velit, & contra iuris diſpoſitioné aliquid facere, adſeſſores pertinaciter reſiſtere debẽt, & actis contradicere, dic.l.quoniam iudices C. de appellat.l. omnes la 1. C.de decurion. c. Regni,Item caueant iuſtitiarij,num.43.dic.c. In accuſatis,num. 147. & c.Item quòd predicti,num.280. proptereaq; poſt depoſitam adminiſtrationem, tenentur & ipſi ſtare ſindicatui, quemadmodum omnes magiſtratus.l.3. C.de adſeſſor.Finem dicẽdi facerem in hoc.2.

capite, nisi necessarium etiam videretur, aliquid dicere de duabus curijs, magna scilicet & Vicariæ; quomodoq́; & quando ex duabus vna facta fuerit; & quare magna curia vicariæ
81 appelletur. Propterea † sciendum est, ab initio Reges huius Regni habuisse penes ipsos curiam, quam suam magnam curiam appellabant; de qua (quamuis nihil hucusq; legerim, quoad Rogerium primum Regem factum in anno 1130.) legimus tamen Regem Gulielmum bonum, eius nepotem, suam magnam curiam habuisse, & in ea baiulos; vt in constit. Regni, Seruos; & in constit. Pecuniā: Regem Fridericum, habuisse eandē, & in ea magistrum iustitiarium; vt in constit. Magnæ curiæ, Capitaneorum, Vniuersis, Apud, Cum iuxta, Grandis, Cordi, Contingit, Magistros mechanicos, Mācipia: & in vltima constitut. hosq; Reges, non legimus habuisse vicarios: deinde Carolum II. similiter habuisse suam magnam curiam; vt in c. Regni, Subditorum, num. 6. in c. Ad audientiam nostram, nu. 24. & in c. Pridem, nu. 29. in quibus duobus vltimis capit. apparet, quòd in ea non solum habebat magistrum iustitiarium; sed & iudices, magistros rationales, & protonotarios; hūcq;
82 † primum videmus habuisse vicarium, Carolum

lum II. scilicet eius filium, principem Salerni; qui in capitulis, quæ edidit tempore quo fuit vicarius, nullam facit mentionem de curia vicariæ, sed solum de magna curia; ut in c. Item statuimus quòd sine, num. 122. & in c. Item statuimus quòd presonerij, nu. 130. Hic
83 etiam † Carolus II. cùm fuit Rex, habuit etiã suam magnam curiam, & in ea magistrũ iustitiarium, eius locumtenenté, iudices, & magistros rationales, ut in c. Regni, Generalis, num. 142. in c. Subiungendo, num. 143. & in c. Ad obuiandum, num. 198. hic habuit etiam vicarium Robertũ eius filiũ; & hucusq; non legimus extitisse curiã vicariæ: siquidem cap. quorumdam, nu. 183. videtur editum à Roberto tempore, quo erat Rex; vt ex eius titulo, Rober. Dei grat. & similiter c. Insuper, num. 184. quod consequitur c. Quorumdam: cùm dictio Insuper sit dictio continuatiua:
84 Hunc Robertũ † cùm fuit Rex, videmus habuisse vtrãque curiam, magnam scilicet, & vicarię; habuit enim Vicarium Carolum Illustrem eius filium, Ducem Calabriæ, qui postea ipso viuente decessit; & hic Carolus tempore quo fuit vicarius, multa edidit capitula;
85 vt patet ex c. Crescit culpa, num. 224. † Hicq; Carolus, ut vicarius, habuit suam curiam vi-

cariæ, quam ipse etiam magnam appellat; vt patet ex dic.c. Detestantes; & supra etiam animaduertimus: vnde legimus, Robertum vtranque habuisse curiam; ut patet ex dictis cc. Quorundam, & Insuper, item ex c. Omnis prędatio, num. 267. ex dic. c. Si cùm sceleratis, num. 272. ex c. fiscalium, num. 255. & ex c. Nouis morbis, num. 257. ex quibus capitulis demonstratur, quòd in dictis curiis habebat magistrum iustitiarium, iudices, & magistros rationales. Apud Ludouic. & Ioan. I. legimus solũ curiã Vicarię, in c. Nouiter nostrę, n. 270. quod positũ fuit ẽt in Prag. & in Ritibus. De Ladislao vnicũ habemus capitulũ in volumine capitulor. quod incipit, Non sine, n. 289. &
86 in eo fit mẽtio solũ de sua magna curia. † Ioanna II. habuit tandem vtramq; curiam; vt patet ex procemio rituum magnæ curiæ vicarię, in quo facit mentionem de vtraq; curia, magna scilicet & vicarię; aderantq; ritus vtriusq; curiæ; ut patet ex ritu primo, ibi, Magnæ & vicarię curijs, item ex ritu, item quòd iudices, sub tit. de offic. iud. & ex ritu, quód omnes Regnicolæ, sub tit. de iurisd. & cognit. in quibus pluries dicitur, ipsarum curiarũ, & cuiuslibet ipsarum. Has † autem curias, credẽdum
87 est fuisse vnitas, & ex duabus, factam vnam, per

per eandem Reginam Ioannam II. appellatamq; Magnam curiam vicariæ; siquidẽ apud hanc Ioannam, primùm legimus, in eius pragmatica, cui initium, Sanè pro parte, edita in anno 1518. vulgòq; dicta, la filageria, mãdantes magistro iustitiario, eiusq; locumtenenti, & iudicibus magnæ curię Vicariæ, & cęt. Nec obstat, quòd in anno postea 1420. in confirmatione rituũ, facit mentionẽ vtriusq; curię; quoniam non propterea ex hoc sequitur, quòd eo tempore regeretur vtraq; curia: nam cõfirmat ritus, qui erant vtriusq; curię: idq; probatur ex rubrica, in qua dicitur, Ritus magnæ curiæ Vicarię; & abinde fuit semper postea appellata magna curia vicariæ. Et
88 propterea † Isabella generalis Vicaria Regis Renati, post dictã Ioan. II. in eius litera, De supplẽdis defectibus caussarũ, edita in an. 1436. suã curiã vicariæ appellauit etiã magnã, dicẽs, Nec nõ Regẽti magnã curiam nostrę Vicarię; hoc est vicariatus substãtiuè, non adiectiuè; vt patet ex dicta litera, quæ reperitur posita inter dictos ritus: nõ quòd fuerit cõfirmata p Reg. Ioannam, ex quo fuit edita 16. an. post dictam Reginę Ioannę cõfirmationẽ: sed quia loquebatur de supplendis defectibus caussarum, de quo loquebatur litera Caroli Illustris directa

Ioanni de haia, quam supra retulimus; quæ immediatè pręcedit ipsam literam Isabellę, fuit per compilatores rituum, inter dictos ritus posita; fuitq; à dicta Regina Ioanna II. † appellata, prout hodie etiam appellatur, magna curia vicarię: cùm eo tempore non esset alia maior; ex quo non dum constitutum fuerat sacrum Regium concilium, nec Regia camera summæ rei. ideoq; ante cõstitutum tribunal Regię camerę ipsa magna curia cognoscebat etiam de caussis feudalibus; & tam de toto feudo, quàm etiam de quacũq; particula castri, vel alterius feudi quaternati; ut in ritu, sub tit. De iurisdictione, & cognit. magnę curiæ; ex eo quia, in ea præter iudices caussarum ciuilium. & criminalium, aderant etiam magistri rationales; ad quos huiusmodi caussarum cognitio spectabat, vt supra diximus; quod hodie facere non potest ob institutum

89

90 tribunal Regię cameræ summæ rei. † Fuit autem postea à Rege Alfonso primo constitutũ sacrum concilium, maius ipsa magna curia Vicariæ, & supremum, appellatumq; sacrum Regium concilium; in eoq; præpositus primus præses Archiepiscopus Valentiæ, qui postea fuit summus Pontifex, dictus Calistus, successor Nicolai V. In quo quidem sacro cõ-

cilio

cilio, Rex Ferdinandus primus, multas postea edidit institutiones; & à decretis, & sententijs dictæ magnæ curiæ vicariæ appellatur ad ipsũ sacrum concilium; in quo feruntur sententię sub nomine Regio; à quibus non appellatur, sed ad idem reclamatur; vt alibi nos latius declarauimus; dum de auctoritate dicti sacri concilij disputauimus. Vtrum autem dici debeat magna curia Vicarię, vel Vicaria, omittẽdum
91 fore ducimus, cùm sit de apicibus iuris, † de quibus non est disputandum .l.si fideiussor.§.
92 quædã, ff.mandati; sufficereq; † demõstrasse, quomodo ipsa magna curia Vicariæ, meritò sibi hoc arbitrium sumpsit, ob auctoritatem.s. Regentis, & Iudicum, qui à DN. Prorege, explorata ipsorum fide, in ea cooptãtur; & à quibus summa cum diligentia, partibus in omnibus auditis, summo Deo, ac Iustitia præ oculis habitis, appellationeq; à comminata tortura ad sacrum concilium non denegata, sub Regis, ac magistri Iustitiarij titulo, custodię differuntur, ac proferũtur, iuxta .l.vnius.§.cogniturum .ff.de quæstion. & .l.custodias .ff.de publ. iud. Sed quoniam de his satis superq; dixisse videmur, nunc ad reliqua progrediar, meq; ad susceptum onus, pensumq; reuocabo. Diximus hucvsq; de ortu atq; propagatione

tione huius arbitrij; & quemadmodum repe-ritur penes magnam curiam Vicariæ: conſequens eſt, vt videamus, in quibus cauſſis, & perſonis locum habeat: & vtrum fauorabile, vel odioſum iudicandum ſit.

ARGVMENTVM CAP. III.

IN quibus cauſſis, atq; perſonis hoc arbitrium locum habeat, remiſſiuè oſtendit. Et vtrum fauorabile, vel odioſum iudicari debeat, diſceptat.

Defenſioneſq; omni iure, naturali ſcilicet, ciuili, ac Pontificio, imò non humano tantũ, ſed & diuino, eſſe: denegariq; propterea non debere, quibusuis perſonis, atq; in quibuslibet cauſſis, cumulatiſſimè comprobat.

COMPENDIVM EORVM quæ in hoc tertio capitulo dicuntur.

1 *CAuſſæ, atq; perſonæ in quibus locum habeat hoc arbitrium, ad quartum capitulum referuntur.*

Delin-

2 *Delinquentes puniri, publica disciplinæ vigor postulat.*

Ne delicta remaneant impunita.

3 *Pœnas ob maleficia solui, magna ratio suadet.*

4 *Dolus impunitus esse non debet.*

5 *Crimina impunita coalescere sinendum non est,*

6 *Peccatorum moles præponderans, inuolutos in tenebris delictorum in maiorũ scelerum præcipitia trahit.*

7 *Consuetudo peccandi magnam habet iucunditatem in improbis.*

8 *Pœna remitti facilè non debet, ne ad maleficia quis temerè prosiliat.*

9 *Delictorum impunitas sceleribus viam aperit latiorem.*

10 *Veniæ facilitas incentiuum præbet delinquendi.*

11 *Delictorum venia sperata, improbos reddit ad delinquendũ procliuiores: si quidẽ Culpã reus nullam pertimescit, quam redimere numis existimat.*

12 *Culpa nutrita fauoribus, crescit.*

13 *Supplicia quandoq; exacerbari expedit.*
14 *Malemeriti, publicè, ad deterrenda malefi cia, egestate laborare debent.*
15 *Filij, ob læsam à parentibus maiestatē, licèt innocentes, puniendi sunt.*
16 *Peccata suos tenere debent auctores, nec patris nota, nec delictū, filijs nocere debet.*
17 *Filij à summo Deo, vt in veteri testamento pro parentum delictis, in tertiā, ac quartam generationem puniti fuerunt.*
18 *Delinquentes, qui sæpius clementius tractati, in eadem temeritate persecurauerint, seuerius puniendi sunt.*
19 *Innocentes deferri aliquando expedit, quāuis sanctius sit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentē damnari.*
20 *Pœna sine fraude esse non debet.*
21 *Innocentem absolui melius, quàm nocētem caussam non dicere.*
22 *Peccata nocentium nota esse expedit.*
23 *Delinquentes, et eorum receptores conquirendi, et puniendi.*
24 *Holocaustum nullum maius Deo offerri potest, quàm iniqui hominis.*

Ma-

25 *Malos qui percutit, & habet vasa interfectionis, minister est Dei, Nec Crudelis est, qui crudelem iugulat.*

26 *Pœnas delictorum timeri expedit; nam Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

27 *Iudex nō debet dissimulare pœnas delinquētium, nisi ipse eas pati velit.*

28 *Vltio delinquentium differri non debet.*

29 *Declaratur tex. in l. Reis C. de pœn. aliter quàm per Accursium et doctores.*

30 *Conuictos velox pœna subducere debet, captiq; in fraganti, in ipsis locis in quibus deliquerunt, puniendi sunt.*

Seueritasq; officij debito adiuncta, temeraria officialium præsumptioni non attribuenda: imò non solum, si mundas habuerunt manus, non sunt à prouincialibus propterea molestandi: sed latis etiam proclamationibus decedentes prosequendi: Reiq; huiusmodi non audiendi, etiam si dicāt se habere quod Principi referant, salutis ipsius caussa.

Iudex calunniātium iniquitates expellens fit Religiosus; cum

31 *Præmio, & pœna vita gubernatur huma-na.*
32 *Odiosum non fauorabile esse hoc arbitrium.*
33 *Fauorabilis, vel odiosa sit dispositio, quo-modo dignoscendum.*
34 *Defensiones etiam aduersus fiscum dandæ Et nulla temporis præscriptione tolluntur.*
35 *Defensiones, etiam si non petantur, dandæ.*
36 *Visitatio custodiarum, quæ hodie fit singulis ebdomatis in magna curia Vicariæ, vnde sumpta fuerit.*
37 *Defensiones de iure naturali. easq; omnes leges etiam pontificiæ permittunt.*
38 *Defensiones cõcessæ etiam pro tutela rerum.*
39 *Defensiones etiam pro salute cuiusq; licèt extranei.*
Idq; & mulier, si corpore non potest, voce saltem plorando facere debet.
40 *Defensiones etiam brutis concessæ.*
41 *Defensiones nec diabolo, si in iuditio esset, denegandæ.*
42 *Defensiones nec per Imperatorem tolli possunt, præcipuè in grauibus.*
Diligentiusq; examinanda res est, vbi de salu-

salute hominis agitur: & vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendũ.

43 *Indiciorum copia reo danda.*

44 *Practica magnæ curiæ Vicariæ in defensionibus dandis.*

45 *Exceptio mortuorum, et absentium, dũ habentur testes pro repetitis, reiecta.*

46 *Appellatio à denegata copia indiciorũ cõcessa, Iustaq; appellatio à tormentis admittenda.*

47 *Defensionibus expressè renuntiari nõ potest; quomodoq́; eis tacitè renuntietur.*

48 *Defendere aliquem volens in capitalibus nec à principali prohiberi potest.*

49 *Mortem sibi ipsi nemo conscire debet, si quidem.*

Delinquens cogitatione facinorum de sua pœna certus esse potest: Nec nostrum est mortem arripere, vnde eorũ, qui sibi violẽter mortem intulerũt, nec in oblationibus memoria faciẽda est, nec cũ psalmis ad sepulturam cadauera deducenda.

50 *Mortem nemo appetere debet,*

Nisi eam quam philosophia docet, quã virtutes

62 *Auctor facinoris seuerius puniendus.*
63 *Deceptis semper iura opitulantur.*
64 *Homo relinquere debet patrē, et matrem, & adhærere vxori suæ.*
65 *Amor coniugalis multus.*
66 *Christum passum propter peccata nostra.*
67 *Præsidentes à præcipitatione iudicij compescendi.*
68 *Magna Curia Vicariæ, rarò hoc arbitrio vtitur.*

CAPVT TERTIVM.



AVSSAE, atq; personę, in quibus hoc arbitrium locum habere possit, euidétissimè quidē demonstrātur ex relatis quatuor capitulis; easq; † in sequenti
1 4. capite, velut in loco congruentiori (ne bis eadem repetamus) singillatim congeremus: vnde, ut dignoscamus, vtrum fauorabile, vel odiosum hoc arbitrium iudicari debeat, illud animaduertendum est, quòd prima ratione dicendum videtur, esse fauorabile, ob publicam

blicam; quæ consequitur vtilitatem: quan-
2 doquidem, † publicæ disciplinæ vigor postu-
lat, ut delinquentes puniantur .l. licitatio .§.
quod illicitè .ff. de publican. & vectigalib. ne
delicta remaneant impunita .l. si longius. §. 1.
.ff. de iudic. l. ita vulneratus .ff. ad leg. aquil. l.
4. §. cum dominus .ff. de noxal. act. l. si qui ser-
uum .ff. de interrog. act. l. sticum aut pansilum
3 .§. tametsi .ff. de solut. c. relegentes 23. q. 1. †
Cum pœnas, ob maleficia solui magna ratio
suadeat .l. si à reo .§. fin. ff. de fideiussor. Ratio-
nes autem plures, pulchrè explicat ex Plato-
4 tone Gell. noct. atticar. lib. 6. c. 14. † Dolumq;
impunitum esse iniquum est, dic. §. cum do-
5 minus † Nec solum, non est sinendum cri-
mina impunita coalescere. l. personas. C. de de
fensor. ciuit. † cùm in delictorum diuersorũ
nexibus, ac tenebris inuolutos, plerumq; tra
hat, in maiorum scelerum præcipitia, moles
præponderans peccatorum, vt inquit Ioann.
XXII. in c. vnico de dilat. in extrauagan. com-
6 mun. † Consuetudoq; peccandi, magnam ha
bet (vt ait. Cicero in verr. act 5.) iucunditatem
in improbis, & audacibus, cùm pœna abfuit;
7 & licentia consecuta est: † Sed nec remitti pœ-
na facilè debet, ne ad maleficia, temerè quisq;
prosiliat. l. si operis. C. de pœn. l. si cui .ff. de ac-
cusat.

8 cuſat. † Siquidem, delictorũ impunitas, ſceleribus viam aperit latiorem, arg.l.ſi quis ſer-
9 uo in fine, C. de fur. c.Regni pridem, n.218.† & qui nequam ſunt, ſecundum Innocen. per impunitatis audaciam, fiunt nequiores c. vt
10 fame, extra de ſenten. excommun. venięq; † facilitas, incentiuum præbet delinquendi, c. vt clericorum, extra de vita, & honeſt.clericor. c. eſt iuſta 23. q. 4. c. loci 35. q. 9. c. peruenit
11 93. diſtin. Sperata namq; † delictorum venia, improbos omnes ad patranda crimina reddit procliuiores, prag. Regni, Cum nihil. §. & ne ſperata. Si quidem nullam reus pertimeſcit culpam, quam redimere numis exiſtimat,
12 c.pauper. 1 1.q.3.† Creſcitq; culpa nutrita fa-
13 uoribus, c. Regni, creſcit culpa, num. 224.† Quapropter expedit quandoq; vt aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur, quoties nimiũ multis perſonis craſſantibus exẽplo opus ſit.l. aut facta. §. finali, ff. de pœn.l. diuus la 2.ff de cuſtod.reor.l. quicumq; C. de hęret. & manich. & latè proſequitur felin. in c. canonum ſtatuta, num. 48. extra de conſtit.
14 Nam † malemeriti, publicè, vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia ſint, etiam egeſtate laborare debent.l. bona fides. ff. depoſ. & pręcipuè in atrocioribus; Si quidẽ in crimine læſæ

M maie-

maiestatis, filij etiam eius, qui id crimen admisit, tametsi nihil peccauerint, puniuntur: Nam (vt vtar verbis Honor. & Arch. Impp.)
15 † cum paterno deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hæreditarij criminis exempla metiuntur, vita ipsis Imperatoria speciáliter lenitate concessa, bonis omnibus paternis fisco addictis, à materna, auita, omniumq; proximorum hereditate, ac successione, habentur alieni: Imò nec ab extraneis in testamẽtis quidquam capere possunt; vt perpetuò sint egentes, & pauperes, & ob infamiã paternam infames, vtq; ad nullos honores sacramentaq; militaria admitti possint, ac tales, quòd perpetua egestate sordentes, sit eis mors solatium, & vita supplicium: filiabus tantùm ex bonis maternis, pro mediocri alimonia concessa falcidia, quasi pro infirmitate sexus, minus ausuris .l. quisquis .§. filij, & .§. ad filias, C. ad leg. Iul. maies. Licèt genera-
16 liter † peccata suos debeant tenere auctores .l. sancimus, C. de pœn. Notaq; aspersa patri, liberis nocere non debet .l. diui fratres .ff. de iure patron. Nec patris nota filios maculare debeat .l. 2. §. in filijs .ff. de decurion. Cum nullum patris delictum innocenti filio pœnę esse debeat dic. l. 2. §. si ad tempus, totoq; ti-

tulo

tulo,C. ne fil. pro patr. quibus adstipulatur .l. emancipatũ .§.fin.ff.de senator.& .l.adoptiuus
17 .§.fin.ff.de in ius vocan.† Licet(vt legitur in veteri testam.) filij pro delictis parentum puniti fuerunt, Iosue c.7.& Daniel. c.9. legiturq; in decalogo, Ego sum dominus Deus tuus fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam,& quartam generationẽ eorum,qui oderunt nos, exodi c.20.intelligendo sanè, quoad corpus, non quoad animam, iuxta illud; filius non portabit iniquitatem patris; & alibi legitur, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur,quod non est præsentis instituti, disputare. Exacerbāda igitur quādoq;
18 supplicia sunt;† ut meritò seuerius plecti debeant, qui sępius seditiosè,& turbulenter se gesserint, & aliquoties apprehensi, tractati clementius, in eadẽ temeritate propositi perseuerauerint .l.capitalium .§.solent.ff.de pœn.
19 †Expeditq; aliquando etiam innocentes deferri: Nam, quāuis sanctius sit, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentẽ
20 damnari .l. absentem . ff. de pœn.† cum pœna sine fraude, & noxia esse non debeat .l. aliud est fraus .§. 1 .ff.de ver. signific.l. sancimus,C. de pœn.l. crimen .ff. eod. c. sine culpa, de reg.
21 iur. in 6. Attamen † vtilius esse fatendum est

(teste Cicerone pro Sex. Rosc. Amer) absolui innocentem, quàm nocentem caussam non dicere: Proptereaq; facilè omnes pati oportere: imò vtilius esse, accusatores quamplurimos esse in ciuitate, vt metu contineatur audacia, quòd innocens, si accusatus sit, absolui potest, nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest; quāuis id minimè optādum in hoc Regno hodie sit, ob falsorum te-
22 stium copiam, t infra dicemus: † oportet autē & expedit, peccata nocentium nota esse, vt inquit Paul. iurecon. in .l. eum qui nocentem
23 in prin. ff. de iniur. † Conquirendiq; delinquentes, eorumq́; receptores sunt; & prout quisq; admiserit, puniri debet, vt pacata atq; quieta prouincia sit, careatq; malis hominibus .l. congruit .ff. de offic. præs. vt vndecunq; claruerint delicta puniantur, c. ecce. 24. q. 3. c. Regni, cura nobis, num. 219. & c. Ad quie-
24 tem, num. 259. † Cum nullum maius holocaustum Deo offerri possit, quàm iniqui hominis, c. quali 23. q. 5. iuxta illud Senecæ in tragœdia, quæ inscribitur, Hercules furens.

Victima haud ulla amplior
Potest, magisq́ mactari Ioui, „ opima,
Quàm Rex iniquus; Item iuxta illud, nō

patie-

patieris maleficos viuere super terram, Exodi
25 c. 22. † nam, qui malos percutit, in eo quòd mali sunt, & habet vasa interfectionis, minister est Dei, c. qui malos 23. q. 5. Nec est crudelis, qui crudeles iugulat, c. non est crudelis, ead. q. 5. Imò homicidas, sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legis ministerium, c. homicidas, ead. q. 5. nec frustra sunt instituta, potestas Regis, & cognitionis uis, cingulę carnificis, arma militis, disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris: habent omnia ista, modos, caussas, rationes, vtilitates, hæc dum timentur, & mali coercentur, & boni quietè inter ma-
26 los viuũt, c. nõ frustra, ead. q. 5. † interest enim timeri delictorum pœnas. l. si vnus. §. pacta. ff. de pac. ut quos virtutis amor à uitio non retrahit, saltem rigor coerceat disciplinæ, c. 2. de offic. iud. ord. in extrauagan. cõmun: oderunt namq; peccare mali, formidine pœnæ. l. 1. cum gloss. in uer. metu. ff. de iustit. & iur.
27 l. 1. C. ad leg. Iul. repetundar: † nec debet Iudex delatum ad se crimen, minori, aut nulla coertione mandare, nisi, id pati velit, quod alijs dissimulando concessit. l. 3. C. ne sac. 5. baptis. iter. grauiq; infamia notandus est iudex, si uiolentiæ crimen apud se probatum,

distu-

distulerit, seu omiserit, uel impunitati donauerit, aut molliorē pœnam præstituta, protulerit, vt inquit tex. in .l.seruos .§.fin.C.ad leg.
28 Iul. de vi publ. vel priu. † Quapropter in homicidij crimine,alijsq; grauioribus delictis, non est vltio differenda malignis artibus,tam præsidum, quàm officialium .l.cum reis C.de
29 pœn. † intelligendo malignas artes,secūdum gloss. ibi, hoc est tumultum fortè faciendo, arg. inquit .l. pen. ff. ad leg. cor. de Sicar. vbi, licèt aliquando infligi alicui pœna nō debeat, nisi consulto prius principe, & id iubente, infligi tamen poterit, si tumultus aliter sedari non possit: quę quidem declaratio, nobis minimè placet, tum, quia perdictam legem cōtrarium determinari vdetur, quòd scilicet,ob sedandum tumultum, pœna celerāda,nō differenda sit: tum etiam, quia malignas artes intelligere voluit Constantinus Imp. auctor dictę legis, in ipsis reis forte excutiendis,atq; (vt ita dixerim) deglubandis, vt inquit tex.in .l. cædere.ff.arbor.fur.cæsar.aliorum crimina, suam prædam existimantes, arg.l. 3.C. ad leg.
30 Iul.repetundar.†Cōuictosq; velox pœna subducere debet .l. fin. C. de custod. reor. propterea; Imp. Fridericus, fragantia (inquit) delicta, Iustitiarij vlterius non protrahant, sed

ſed ipſa in locis, in quibus perpatrata repererint, punientes maleficos, vt pote, famoſos latrones, & fures, qui maleficia ſua nulla queũt tergiuerſatione celare, publicorum itinerum aggreſſores, ſeu quoslibet recẽtes, & publicos homicidas, per nemora forſitan fugitiuos, vel aliter latitantes, ob cõſcientiam criminum patratorum per ſe, interdum per alios, etiam, ſi viderint expedire, de curię noſtrę pecunia diligentiſſimè perquiſitos, nullis dilationibus, ſeu accuſationum ſollennitatibus expectatis, ſi deferentes, vel accuſantes defuerint, de prouincia pœna legitimæ ſeueritates extirpent: nec præſumptioni temerariæ per nos noſtrorum officialium credatur attribui, id, quod officij ſui debito, ad plenitudinem ſuę fragilitatis adiunxerint, conſtit. Regni Iuſtitiarij non per Calendas: ex cuius conſtitutionis vltimis verbis, apertiſſimè colligitur, in criminibus puniendis, poſſe, ac officij ſui debito debere iudices, ad plenitudinem ſuæ fragilitatis, aliquid adiũgere, legitimè tamen vt ſupradixit: nec propterea, temerarię ipſorum præſumptioni id attribuẽdum eſſe; quãdoquidem, & Iuſtinian. Imp. præſides, qui mundas habuerunt manus, ſi in exigẽdis tributis, vel in criminibus vlciſcendis, paulò

vehe-

vehementiores nisi fuerint a prouincialibus, non solum molestari propterea vetuit, sed acerbissimis potius pœnis, eos subdendos esse præcepit, si non lętis acclamationibus, de prouincijs decedentes prosecuti fuerint. §. illo procul dubio, auth. vt Iud. sine quoq; suffrag. aliâs. §. illo scilicet obseruãdo, constit. 8. sub rubr. vt præs. absq; ulla data pec. in volumine nouellarum. Nec amplius huiusmodi reos audire oportet, etiam si dicát se habere quod principi referant salutis ipsius caussa. l. si quis fortè. ff. de pœn. licèt differatur quãdoq; pœna, vt in quinq, casibus relatis per gloss. in c. Cum apud Thessaloniam 11. q. 3. compręhẽsis in illo versu.

Cõfessus pregnãs, Iratus & insula seruus.

31 Declarando vt ibi per. gloss. tandemq; † didicimus, quòd Rex calumniátiũ iniquitates per legitimos tramites expellens, fit iuris religiosissimus, secundum Iustin. in proh. instit. in prin. Cum præmio & pœna vita gubernetur humana, ut ait poeta nescio quis, arg. l. 1. ff. de iust. & iure, cum his, quæ ibi allegat
32 gloss. in uer. metu. † Quamuis autem ex supradictis, fauorabile hoc arbitrium dicẽdum esse uideretur, contrarium tamen uerius esse

exilu-

existimamus: ex quo, vt ex verbis serenissimorũ Regum, Caroli inquam II. & Roberti, qui id concesserunt in supradictis quatuor capitulis, euidentissimè apparet, & præcipuè in c. Si cum sceleratis, ibi, & odio ad scelera, principaliter fuit introductum in odium facinorosorum hominum; vnde, quamuis in cõsequentiam, ex hoc sequatur fauor publicę vtilitatis, ac disciplinæ, odiosum, non fauorabile iudicandum erit, arg.l. qui exceptionem .ff.de condict. indeb.cum nulla penè reperiatur dispositio, quæ, si ex vna parte est fauorabilis, ex altera non sit odiosa, & sic è cõtra: † Ad sciendum autem, vtrum fauorabi-
33 lis, vel odiosa dici debeat; principalis disponentium intentio inspici debet, dic.l. qui exceptionem; exemplo duorum senatusconsultorũ, Velleiani scilicet,& Macedoniani, quorum illud fauorabile, hoc autem odiosum esse nulli dubium est: nam illud factum fuit principaliter in fauorem mulierum, ne ob ipsarum facilitatem deciperẽtur: quãuis necessariò sequatur odium in cõtrahentes cum ipsis:hoc verò principaliter in odium fœneratorum: tametsi consequatur fauor erga filios familiâs,ut vtrumq; colligitur ex .l. 1 .ff.ad Senatuscon. velleianum,& ex .l. 1 .ff. ad Senatus-

54 con. Macedon. † Et maximè, quia tollit defensiones, quarum facultas, generaliter danda est, etiam his; quibus aliquam inquietudinem fiscus infert. l. defensionis facultas, C. de iure fisci .l. 3. §. si ad diem .ff. de re militar. ibi, docẽdi &c. Nec solum in iudicijs distrahẽdarum controuersiarum, in quibus reis subtrahi defensiones non debent, c. constitutis il 1. extra de testib. l. prouidendum, C. de postul. sed etiam, ac multò maximè in publicis iudicijs, in quibus nulla temporis prȩscriptione tolluntur .l. annus .ff. de requir. reis; & quocunq; tempore, postulante reo, denegari non debent; adeò, vt propterea differantur, & proferantur custodiæ. l. vnius .§. cogni-
55 turũ .ff. de quæstion. † Imò & absq; eo, quòd à reo petantur, prȩsidi de criminibus cognituro, lege commissum esse videtur, vt custodias in suis defensionibus audiat, & ante diẽ palàm faciat, custodias se auditurum; ne hi, qui defendẽdi sunt, subitis accusatorum criminibus, opprimantur, dic. §. cogniturum: Custodiasq; auditurus, tam clarissimos viros, quàm patronos caussarum (si omnes in ciuitate prouinciȩ, quam regit, agant) adhibere debet, & feriatis quoq; diebus, eas audire potest, vt innoxios dimittat, & nocentes, qui durio-

duriore animaduersione indigent, differat, .l. custodias .ff. de publ. iud. arg.l. 1. C. de cu-
36 stod. reor. † Ex quibus legibus sumptam, introductamq; fuisse credendum est, custodiarũ visitationem, quæ hodie fit in magna curia Vicariæ singulis hebdomadis, in die Sabbati cũ interuentu vnius ex Regẽtibus Regiã cãcellariam, atq; vnius ex consiliarijs sacri Regij consilij, secundum dispositionem Regiæ pragmaticę Caroli V. Cùm nihil .§. mandamus in super: quamuis hodie, ad eam non vocetur Regius consiliarius; ex eo fortè quia in dicta magna curia, semper ex quatuor iudicibus criminalibus, adsunt duo Regij con-
37 siliarij, vt supra diximus: † sunt enim defensiones de iure naturali .l. vt vim .ff. de iustit. & iur.l. 4 ff. ad leg. aquil.l. 1.§. uim vi .ff. de vi & ui ar. easq; omnes leges, omniaq; iura, etiam pontificia, permittunt .l. scientiam .§. qui cũ aliter .ff. ad leg. aquil. l. sed & partus .§. quæri .ff. de eo, quod met. causs.c. cum oportet, cum sequen. 3.q.9.c. dilecto, de senten. excom. in 6. c. Significasti il 2.§.fin. extra de homic. cas.
38 vel volun. † non solum pro tuitione personę, sed & pro tutela etiam rerum .l. 3. §. cum igitur .ff. de vi, & ui arm. cum moderamine tamen inculpatæ tutelę .l. 1. C. vnde ui, dict. c.

dilecto, de senten. excom. constit. Regni pacis cultum, de cultu pac. & dummodò incontinenti; & antequam ad extraneos actus diuertatur, vt ibi dicitur, & latè per gloss & doc. in dict. l. 1. C. vnde vi, per Iser. de pace tenen. ver. si autem omnibus, & in .l. 1. & 2. C. quãdo lic. vnic. sine iud. & in .l. 2. C. ad leg. cor. de sicar. idq; etiam interficiendo (si sic fieri oporteat) aggressorem, iuxta id quod dicitur, de fure nocturno, vel diurno in .l. itaq; .§. 1. ff. ad leg. aquil. in .l. furem. ff. ad leg. cor. de sicar. & in c. 2. extra de homic. volun. vel casual.
39 † Nec pro salute tantum propria, sed & cuiuscunq; oppressi, ne aliâs consentire dicatur, qui cùm possit, desinit manifesto facinori obuiare, c. non inferenda, c. qui potest, & c. fin. 23. q. 3. dicto c. dilecto. & .l. lege cornelia .§. 1. ff. ad leg. cor. de fals. Nam (ut prȩclarè inquit Cicero, officior. lib. 1.) Iniustitiæ duo sunt genera, vnum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui, ab ijs, quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam: qui tam sunt in vitio, quàm si parentes, aut patriam, aut socios, deserant; Adeò quòd, & mulier, si corpore non potest, voce tamen plorando, dominum defendere debet .l. 1. §. potuisse. ff. de syllan. senatuscon.
40 † concessęq; sunt (vt dicitur)

citur) etiam brutis .l. 1. §. cum arietes .ff. si quadr. pauper. feciss. dic. † & nec diabolo, si in
41 dr. pauper. feciss. dic. † & nec diabolo, si in
iudicio esset, denegari deberent, vt inquit
Abb. in c. cùm contingat, num. 27. extra de
foro compet. Imol. in clem. frequens de ex-
42 cess. prælator. † propthereaq; nec per Imper.
(præcipuè in criminibus grauibus) tolli pos-
sunt, clemen. pastoralis. §. cæterum, de sen-
ten. & re iud. Etenim diligentius examinanda
res est, cùm contra hominis salutem agitur .l.
addictos, C. de episcop. aud, l. addictos, C. de
appellat. & vbi maius periculum vertitur, ibi
cautius est agendum .l. 1. §. sed etsi .ff. de car-
bon. edic. l. vbi, C. ad leg. cor. de fals. c. vbi ma
ius, de elect. in 6. c. 1. de elect. in extrauagan.
com. c. quoties, 42. distin. c. vltimo, 7. q. 2.
43 ideoq; † priusquam ad tormenta cuiusquam
deueniatur, indiciorum contra ipsum extan-
tiũ (sine quibus, etiam in crimine læsæ maie-
statis adhiberi non debent .l. si quis alicui, vbi
gloss. & doct. C. ad leg. Iul. maiest.) copia reo
dari debet, cum nominibus, & cognomini-
bus testium contra ipsum receptorum, c. qua-
liter, & quando il 2. extra de accusat. nulla ha-
bita distinctione leuium, vel non leuiũ per-
sonarum, c. Regni subiungendo, num. 143.
c. habebitur quæstio, num. 145. & c. consti-
tutio-

tutionem diuæ memoriȩ,num. 148. in quibus omnibus Niger multa congerit, quamuis aliter ſtatutum fuiſſe videretur per Frider. Imp. in conſtit. Regni, Hi quibus, ſub tit. De inquiſit.

44 † Hodie verò, de ſtylo (vt teſtatur Par. tract. ſyndic. uer. inquiſitio. §. & aduerte) facta (ut ipſe inquit) examinatione ad informationē Curiȩ, ex illa informatione eliciuntur capitula, quæ dantur reo, loco libelli, & repertorum; quorũ copia datur poſtea lite conteſtata, teſtibuſq; repetitis, uel habitis pro repetitis; facta demum publicatione in cauſſa; idq; in maximis tantum criminibus, vt declarat Niger in dic. c. ſubiungendo, num. 14. ſiue procedatur ex officio, ſiue ad querelam, vt per Capic. deciſ. 74. itaq; in magna Curia Vicariæ procedi videmus, atq; in leuioribus, lite

45 cōteſtata, habitiſq; teſtibus pro repetitis † reiecta exceptione mortuorum, & abſentium, (quod antea obtinebat) dari reo copiam omnium repertorum cum nominibus & cognominibus teſtium, ſuper quibus ſe defendere valeat, etiam ſi malȩ famȩ reus ſit, ut per Aug. ad Ang. trac. maleficior. ver. fama publica. §. item aduertas; & per Hipp. in l. 1. num. 38. ff.

46 de quȩſtion † Et ſi indiciorum copia denegetur, facultas ſibi datur reclamandi, dic. c. habebitur

bitur quęstio. Et si iustè à tormentis appellatū fuerit, antę adhibitam quæstionem, appellatio recipi debet, c. si iustè, num. 146. ne subitis accusatorū criminibus reus opprimatur, arg. dic. §. cognitūrum: & si à decreto magnę curiæ vicariæ de torquendo, vel à comminata per ipsam tortura, vel torturæ repetitione, fuerit appellatum; sacrum consilium audita commissarij caussæ relatione, partibusq; ac fisci patrono, prouidet atq; decernit, si tortu-
47 ra adhiberi debet nec ne. † Intantumq; verum est, quòd defensiones sunt de iure naturali, & propterea quasi diuina prouidentia concessæ, semper firmæ, atq; immutabiles permanere debent, arg. §. sed naturalia, instit. de iure natur. gen. & ciuili; quòd generaliter, nec renuntiare reus expresè defensionibus potest, secundum gloss. in .l. pactum inter hęredem .ff. de pac. quamuis audiendus sit, si dixerit, vel non egere defensionibus, uel nullas habere defensiones; atq; vt ex eisdem actis caussa expediatur; quę tacita quędam renūtiatio est; quemadmodum si labi tēpus pateretur, quod sibi datum fuit ad suas faciēdum defensiones: quia multa fieri possunt tacitè, quę expresè fieri non valent, de quibus per gloss. in .l. longe .ff. de diuer. & tempor. præscrip. in .l. sed

ſi inter .ff. de ſer.ruſticor. præd. per Iaſ. in .l. 1. .§. neq; filius, n. 31. & 32. ff. de adquir. hęred. itaq; paſſim obſeruari videmus, declarãdo tamen, vt per Par. tract. ſynd.ver. condemnatio .§. an poteſtas, ex num. 6. per Felin. in c. ſi diligenti, num. 3. extra de foro comp. & in c. cum veniſſet, num. 4. extra de teſtib. vbi enumerat nouem caſus, in quibus poteſt accuſatus renuntiare defenſionibus, item & per Nigrum
48 in dic. c. Si iuſtè; † Nec vetare reus quẽquam poteſt, quin ipſum in cauſſa capitali defendat, vel poſt eius condemnationẽ, prouocet, & appellet; humanitatis ratione ſuggerente, omnem prouocantẽ audiri debere, etiam ſi ipſe adquieſcat ſententię, nihil quęrendo, num neceſſarius ſit, qui prouocat, vel num eius interſit; ob cognationem quandam inter nos à natura conſtitutam .l. vt vim .ff. de iuſtit. & iur. Adeò quòd, & ſi reſiſtat, qui damnatus eſt aduerſus prouocationem, nec velit admitti eius appellationem, perire feſtinans, differendum ſupplicium erit .l. non tantum .ff. de appellat. cùm nemo videatur dominus membrorum ſuorum .l. liber homo la 1. ff. ad leg.
49 aquil. † nec debet quiſquam, vel tędio uitæ, vel impatientia doloris, ſibi mortem conſcire, licèt non propterea, ſi conſciuerit, ſucceſſo-

cessorem non habebit, prout non haberet, secundum veterum legum dispositionem, ante sublatam bonorum publicationẽ per Iustin. Imp. in auth. vt nulli iud. §. fin. ex quo sumpta fuit per Irner. auth. bona damnatorum posita sub titulo C. de bon. proscrip. si in reatu, conscĩetiæ metu id fecisset, & eius criminis reus fuisset, vt si damnaretur, morte aut deportatione adficiendus esset. l. 3. C. de bon. eor. qui antę senten. vel sibi mor. cõsciuerũt. &c. siquidem delinquẽtes propter facinorum suorum cogitationem iam dę pœna sua certi esse possunt, vt inquit Paulus iurecon. in .l. quęsitum .ff. qui & à quibus. Nemo enim spontaneam sibi mortem inferre debet, cùm non sit nostrum mortem arripere, c. Si non licet. §. fin. & c. Non est nostrum 23. q. 5. Placuitq; concilio Bracharensi, vt hi, qui sibi ipsis voluntariè, aut per ferrum, aut per venenũ, aut per pręcipitium, aut per suspendiũ, vel quolibet modo, inferunt mortem, nulla prorsus illis in oblatione, commemoratio fiat, neq; cũ psalmis ad sepulturam, eorum cadauera deducãtur, c. placuit, ead. q. 5. † Imò non solum non
50 conscire, sed nec appetere quidem mortẽ sibi
51 quisquam, quauis ratione debet; † legimus enim, quod & Paulus Scipionis Aphricani

minoris pater (vt est apud Cicer. in fragmento illo li. 6. de Rep. de somnio Scipionis) cum Scipio filius, ex his quæ sibi ostendebantur per Scipionem Aphricanum maiorem de excelso & pleno stellarũ, & illustri, & claro quodam loco, eos viuere cognouisset, qui fœliciter è corporum vinculis, tanquam è carcere euolassent, nostramq; quæ dicitur uita, mortẽ esse, fletu represso, ei dixisset; Pater sanctissime, atq; optime, cùm hęc est uita, vt Aphricanum audio dicere, quid moror in terris, quin huc ad vos venire propero? Non est ita inquit, nisi enim Deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodijs liberauerit, huc tibi aditus patêre non potest; homines enim sunt hac lege generati, qui tuentur illum globum, quem in hoc tẽplo medium vides, quæ terra dicitur, tibiq; & pijs omnibus retinendus animus est, (idest, anima, vt declarat Macrobius) in custodia corporis, nec iniussũ eius, à quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatũ à Deo effugisse videamini: oportet enim (vt inquit Plotinus ille Platonicus) animam post hominem liberam corporeis passionibus inueniri, quam, qui de corpore violenter extrudit, liberam esse non patitur:

titur: Qui enim sibi sua sponte necem comparat, aut pertæsus necessitatis, aut metu cuiusquam ad hoc descendit, aut odio; quæ omnia inter passiones habentur, & si antea fuit his sordibus pura, hoc ipso tamen quo exit extorta, sordescit; idq; vel diuino Platone monitore, qui cùm in Phedone vel de anima, homines, vnam ex possessionibus esse Deorum existimet, non prius decere arbitratur, se ipsum interficere, quàm Deus necessitatem aliquam imposuerit. Adeò quòd nec mortem nobis ipsis conscire, nec illam appetere debemus: quinpotius (ut idem inquit Cicero) Generi animantium omni à natura tributum esse videmus, vt se, vitam, corpusq; tueatur, declinetq; ea, quæ nocitura videntur; omniaq; quæcunq; ad viuendum sint necessaria, inquirat, & paret: dedit enim prouidentia Dei creatis à se rebus (vt ait Boetius de consol. li. 3. prosa 11.) hanc vel maximã manendi caussam, vt quoad possunt, naturaliter manere desiderent. quare nihil est, inquit, quo ullo modo queas dubitare, cuncta quæ sunt, appetere naturaliter constantiam permanendi, deuitare pernitiem: tametsi Talthybius ille cœlestis, & vas electionis Paulus, cupiebat dissolui & esse cum Christo: ideq; Plato, mor-

tem, non tamen naturalem, quę impletis numeris corpus fatiscit, iuxta illud Virgilij AEneidos li. 6.

Explebo inquit numerũ reddarq; tenebris.

Sed eam quam uirtutes pręstant, etiam appetendam præcipit, cùm scilicet anima adhuc in corpore constituta; corporeas illecebras, philosophia docente, contemnit, & cupiditatem, dulces insidias, reliquasq; omnes exuitur passiones, vt testatur Macrobius. Sunt igitur (ut ex his omnibus patet) defensiones de
52 iure naturali, ciuili, & pontificio † imò, non humano tantùm, sed etiam diuino; quandoquidem uidemus D. O. M. cùm præcepisset Adę in paradiso terrestri, ne de ligno scientiæ boni & mali comederet, isq; comedisset, noluisse eum condemnare, priusquã ipsum uocasset, & se defendentem audisset, uocauit igitur ipsum, dicens, Adam ubi es? cùmq; is comparuisset tremens timensq; quia nudus esset, dicens, uocem tuam audiui in paradiso, & timui, eo, quòd iam nudus essem, & abscondi me, dixit ei Deus, quis indicauit tibi, quia nudus esses? nisi quòd ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti; quasi dixerit, defende te super hac cōtra-

uentione mandati, licèt optimè sciret, quas defensiones haberet; dixitq; Adam se defendendo, Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi, quasi dixerit, non prudens, nec temerè hoc feci, sed ut sociæ meæ morem gererem, ne ipsam contristarem, comedi: uolensq; propterea, & contra mulierem procedere, & eam tanquam sociam criminis damnare, ut & ipsa etiam se defenderet, ait ad mulierem; quare hoc fecisti? quæ similiter se defendendo, respondit, serpens decepit me, & comedi; uidensq; dominus Deus, quòd defensiones ipsis parùm opitulabantur: cúm (ut & humanarum legum ipso Deo fauente à legum latoribus postea latarum, authoritatibus, quantùm licet in
53 hoc innitamur) † non relatione criminis, sed innocentia reus purgetur .l. is qui reus .ff. de public. iud. nec blandiri sibi quisquam debet, obiectu cuiuslibet criminis, de se confessus, ueniam sperare propter flagitia adiuncti, uel communionem criminis .l.fin. C. de
54 accusat. † etiam quòd quis iussu eius, qui imperandi jus habuisset, in atrocioribus, se fecisse ostéderet .l. liber homo si iussu .ff. ad leg. aquil.l. seruus non in omnibus .ff. de oblig. & act .l. non ad ea .ff. de reg. iur. cùm ei obtéperare

perarę non debuisset; de qua re per Tiraquell. trac. de pœn. caussa 34. licèt mitius eo casu puniri debeat .l. seruos, C. ad leg. Iul. de vi pu
55 blica vel priu. l. 2. C. de sepul. viol. † quinimò, nec magistratui inhonesta pręcipienti, obediendum est .l. si cum dies .§. compromisso, ff.
56 de recep. arbitr. cùm † ea; quæ inhonesta, vel contra bonos mores sunt, non obligent .l. si stipuler. §. 1. ff. de ver. ob. impossibiliaq; reputari debeant .l. filius qui, cum .l. pręceden. ff. de condit. instit. impossibilium autem nullam esse obligationem, certissimi iuris est .l. impossibilium .ff. de reg. iur. nec ideò minus, iudicio spreti mandati Eua tenebatur; quòd diceret, se huiusmodi facti mandatorem, vel
57 suasorem habuisse serpentem; † cùm præter principalem reum, mãdatorem quoq; ex sua persona conueniri posse ignotum non sit .l. non ideo minus, C. de accusat. explorareq; debebat, num sibi, suasio expediret .l. 2. in fine .ff. mand. cùmq; ipsa audisset vocem serpentis, & comedisset, multò minus excusare se poterat Adam, quòd Euæ suadenti, imò & præcipienti, obedisset, moremq; ei gerere voluisset: quia nec suadenti, morem gerere debebat, priusquam explorasset, num sibi sua-
58 sio expediret, dict. l. 2. ff. mand. † licèt persua-

dere

dere, plus sit quàm compelli, atq; cogi sibi parere. l. 1. §. persuadere. ff. de ser. corrup. & precipuè inter virum & vxorem, arg. l. 1. ff. de donat. inter uir. & vxor. nec etiam precipienti: quia ordo naturalis est, ut seruiant, non ut imperent fœminę uiris, c. ordo naturalis, & c. mulierem 33. q. 5. quamuis hoc, post huiusmodi peccatum, factum fuisse videatur, ut infra dicemus. Quare opt. maximusq; Deus, auditis vtriusq; defensionibus, recordatusq; se creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam, & ex eius costa fœminam uiraginem dictam, quasi de uiro sumptam, vt ex ipsorum prole, sedes repleret Angelorum, quas Lucifer, manu facta, vacuas fecerat; vidensq; quòd nec Eua dolo uersata erat, sed ob suam simplicitatem à callido serpente de-
59 cepta fuerat: † & quotiès aliquis, siue iustis, siue iniustis rationibus inductus, sine calliditate, putauit se aliquid facere potuisse, excusatur à dolo, & ex consequenti à pœna ordinaria l. igitur. §. potest. ff. de liber. causs. & traditur per doct. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. nec Adam, qui ob amorem, quo suam sociam prosequebatur, id fecerat,
60 † siquidem, didicimus, & eos apud quos affinis, uel cognatus latro cõseruatus est, (quã-

uis non solùm latrones conquirendi, & coercendi sunt, sed & eorum receptores, sine quibus latrones diutius latere non possunt .l. congruit .ff. de offic. pręs. l. diuus la 2 .ff. de custod. reor. l. 1. & 2. C. de his qui latr. &c. l. 1. ff. de recep. l. 3. §. non tantum .ff. de incen. ruin. & naufr. c. Regni frequens, num. 7. & c. Licet, num. 10.) neq; tamen absoluendos, neq; seuerè admodum puniendos .l. fin. ff. de recep. pro quo faciunt dicta per Iser. & Afflic. in cōstit. De pace iur. fir. num. 30. & 31. uidensq; auctorem facinoris fuisse serpentem, sententiam protulit contra omnes, & primo contra serpentem, quem non oportuit audire, quia minister, auctor, atq; princeps fuerat facinoris, à nemine inductus, callidèq; versatus, miseram deceperat mulierem, ob quod nullam prorsus habebat defensionem, nec excusationem, dicens; quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrę, super pectus tuum gradieris, & terra comedes cunctis diebus vitæ tuę; inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius; deinde, Mulieri (non tamen eam maledicendo) multiplicabo erūnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries

ries filios,& sub uiri potestate eris,& ipse do-
61 minabitur tui. † Ex quibus verbis videtur di-
cendum, post huiusmodi peccatum, mulie-
res subiectas esse factas uiris, quasi antea so-
cias; postea verò, Adę, quia audisti vocem
vxoris,& comedisti de ligno, ex quo pręcepe-
rã tibi ne comederes, maledicta terra in ope-
re tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis
diebus vitæ tuę: nec ipsum Adam maledixit,
sed terram tantum, ex qua victurus erat; vt le
gitur Genesis c. 3. Grauissima quidem, seueris-
simaq; licèt iustissima, sãctissimaq; Dei sen-
62 tentia, † contra serpétem auctorem facinoris,
arg. rationis l. quoniam multa facinora, C. ad
leg. Iul. de vi publ. vel priu. mitior contra mu-
lierem, ob eius fragilitatem, ac sexus imbe-
cillitatem multis casibus suppositam, atq; sub
iectam, nec in ea re callidè versatam, sed à ser
63 pente malitio è deceptam: † iura namq; sem
per deceptis opitulãtur, l. 1. ff. ad senatuscon.
velleian. Paulò mitior contra virum, qui vxo
ri suę, ac sociæ moré gerere voluit, nec ipsam
64 contristare ausus fuit: † siquidem, relinque-
re debet homo patrem, & matrem suam, &
adhærere vxori suę; vt legitur Genesis c. 2.
65 Matthęi c. 19. & Marci c. 10. † multus é enim
amor coniugalis: vnde moribus receptum

fuisse videmus, ne inter virum & vxorem do natio valeret, ne mutuo amore se inuicē spoliarent, l. 1. &, l. sed si vir. §. fin. ff. de donat. inter uir. & vxor. propterea q; eius etiam pœnam subleuare voluit, arg. dict. l. seruos; condemnauit autem vtrosq; non sine maxima sua iactura (si modò id piè dici poterit, aliâs pro non dicto habeatur) postquā enim ob Euę, Adęq; peccatum, mors introiuit in orbem terrarum, nec decedentibus aditus ad cœlum patebat, adeò dilexit hominem, quem fecerat, licèt peccātem, deliciasq; suas esse voluit cum filijs hominū, quòd pœnituit se fecisse hominem, hoc est pœnitentiam egit in homine: † Propterea q; IESVS CHRISTVS filius eius vnigenitus, dominus nôster, propter nos homines, & propter nôstram salutem, descendēs de cœlis conceptus de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Vergine, homo factus, crucifixus pro nobis, mortuus atq; sepultus fuit, tertiaq; die resurrexit, mortemq; moriendo destruxit, ac vitam resurgendo reparauit. Ex his igitur omnibus, postquam nimiùm vagati sumus, vt vnde profecta est nostra reuertatur oratio, clarissimè liquet, defensiones non humano tantum, sed diuino etiam iure quibuslibet esse concessas; nec in quouis crimine, nec

66

ne, nec à quocunq; iudice, cuilibet denegari debere, etiam quòd leues, vel parum sufficiẽtes haberet: quandoquidem D. O. M. qui defensiones Adæ, & Euę optimè sciebat, nec in aliquo errare poterat, nec quidquam ab eo timeri, sed omnem clementiam, misericordiamq́; sperari oportebat, noluit tamen eos indicta caussa, inauditosq; in suis defensionibus, condemnare.
67 † Vt à præcipitatione iudicij, cõpesceret præsidentes; vt inquit gloss. in c. Rem non nouam, de dolo & contum. in extrauagan. commun. liquetq; propterea, arbitrium hoc odiosum iudicari debere;
68 † nec cuiquam mirum videri, si ipsa magna Curia Vicariæ, rarò hoc arbitrio vtatur; nec torqueat ex solo processu informatiuo, nisi maleficos insignes, & latrones valde diffamatos, & in notorijs criminibus deprehensos, vt ait Par. tract. synd. ver. tortura. §. & an si quis, n. 8. & 9. itaq; cõclusum fuisse per sacrũ cõsiliũ testatur Afflic. decis. 391. idemq; remissiuè in constit. Regni Super incisionibus, n. 26. tractaturq; per Thom. Gram. consi. 64. in criminalibus, voto 3. & voto 30. ex num. 23. & per Nigrum in dict. c. si cum sceleratis. Sed quoniam verbosum iam cœpit esse hoc tertium caput, abrumpendus est sermo, atq; ad reli-

qua, quæ ſuperſunt deuen iendum.

ARGVMENTVM CAP. IIII.

FRagilem ac periculoſam rem eſſe quęſtionem.

Proptereaq; non facilè ad eam deueniendum eſſe, breuiter oſtendit.

Quando, ac quanta fides ſit teſtibus adhibenda, Quæq; in teſtibus per iudicem examinanda ſint, animaduertit.

Copiam, abundantiáq; falſorum teſtium, quæ hodie in hoc Regno viget, deplorat,

Quomodoq; Iudex contra reos ſe gerere debeat præclarè quidem admonet.

Et quę tandem neceſſariò requirantur, vt hoc arbitrio tormenta adhiberi poſsint, enumerat.

COMPENDIVM EORVM quę in hoc quarto Capite continentur.

1 *TOrquere reos ex proceſſu informatiuo magna ſatis, et ardua res: quia.*

In

2 *In tormentis pleriq; deficere solent, &*

3 *Torti pluries quæ non admiserunt in ipsa etiam magna curia confessi fuerunt.*

4 *Nocentis facinus impunitum relinqui sãctius, quàm innocentem damnari.*

5 *Fragilis, & periculosa res est quæstio, cum multi sint tanta impatientia, & cæt. proptereaq; non aliàs ad eam veniendum, quàm vbi sola rei confeßio deesse videtur, & discretè, vt in primo capite dictum est.*

6 *Magrij argentarij seruus, eum, qui viuus erat interfecisse confessus fuit.*

7 *Quòd Ciceronis auctoritate vtatur Iurisconsultorum exemplo, comprobat.*

8 *Tormenta, & quæstiones gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; tum animi, tum corporis, regit quæsitor, flectit libido, corrũpit spes, infirmat metus, vt nihil veritati loci relinquatur.*

9 *Mala mãsio quæstionis species, scilicet eculeus, non autem carcer, vt per Accur.*

10 *Fidiculæ quæstionis species, quæ cruẽta conditio dici solet.*

Vita

11 *Vita accusati torquenda, vitamq; unius cuiusq; esse testem.*

12 *Fingi nemo subitò potest, neq; cuiusq; repentè vita mutari, aut natura conuerti.*

13 *Crimina nec ob principalis Maiestatis venerationem in occasione, sed in veritate habenda.*

14 *Lubricum linguæ ad pœnam non facilè trahendum.*

15 *Testibus solis non est credendum.*

16 *Aduocatus fisci à diuo Adriano primùm institutus.*

17 *Iudex ipse magis scire potest quanta fides sit testibus adhibenda.*

18 *Cognitio non ad vnam speciem probationis statim alliganda, sed à Iudice ex sententia animi sui æstimandũ, quid aut credendum, aut parum probatum opinandum.*

19 *Iudicis prudentia vbi elucere poßit, & ubi discerni stultus auditor ab religioso & sapiente iudice.*

20 *Vox ipsa in excutienda veritate plurimum adfert; Cùm ex sermone, & ex constantia,*

tia, vel trepidatione, & ex existimatione in sua ciuitate ad illuminandam veritatem, quædam emergant.

21 Maiores non solum de reo, sed & de accusatore, et de teste iudicare arbitrabatur.

22 Testibus si credendum esset, frustra desideraretur sapientia iudicis, æquitas quæsitoris cum non stulto patrono.

Salusq; ipsa virorum fortium innocẽtiam tueri non posset.

23 Falsi testes, ac redempti in hoc Regno, atq; in hac ciuitate non desunt, magnaq; ipsorum reperitur copia in testimonijs dicendis minimè religiosa: quibus iusiurandum iocus est, testimonium ludus, et cæt. proptereaq;.

24 Mirandum non est, si vel innocentes quãdoq; ad ius vocati, venire detractant.

25 Alcibiades a senatu Atheniensi pro caussa capitali in ius vocatus, se abscondit, quasi ne matri quidem, vt ignaræ credendum sit.

26 Quid possit qui præest, non quid debeat facere

cere, inspiciendum.

27 Confeßiones reorum, pro exploratis facinoribus non habendæ, nec si

28 Vltrò quis de maleficio confiteatur.

29 Iudex non debet facilè excandescere in eos, quos malos putat.

30 In iudicijs sine inuidia culpa plectenda, & sine culpa inuidia ponenda.

31 Iudex animaduertere debet, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur, habereq; in cõsilio legem, religionem, æquitatem, veritatem, fidem, amouereq; libidinem, odium, inuidiam, metum, omnesq; non solum proprias, sed et aliorum cupiditates.

32 Reus non est statim quòd quis accusatur, sed cum conuincitur criminosus.

33 Innocentia ferienda non est.

34 Credulitas à iudice euitanda.

35 Delicta sunt facti, ideoq; non præsumenda.

36 De suspitionibus nemo damnari, nec grauari debet.

37 Caussa etiam in minimis noxis primum quærenda.

38 *Credendum temerè non est aliquem deliquisse, neq;*
Leui coniectura res pendenda, neq;
Testis incertus audiendus, neq;
Accusatoris ingenio res iudicāda: sed multa antea commissa crimina, et cæt.
Scelerisq; vestigia extent oportet, cùm
Magna sit uis humanitatis.

39 *Testis antea nullus contra accusatum recipi debebat, quem accusator sine cura non interrogasset, vt uel elinquem redderet, & cæt. quod*

40 *In testibus, qui pro Reo recipiuntur cum magna seueritate ac uerborum captione hodie obseruatur.*

41 *Processus pauci criminales reperiuntur, in quibus falsi testes ex vtraq; parte nō adsint.*

42 *CN. Domitius, cum tribun. pleb. M. Scaurum principem ciuitatis ad iudicium populi vocasset, eius seruum, qui crimina contra dominum se delaturum dixerat, non solum non admisit, sed comprehensum ad Scaurum deduci iussit.*

43 *Seruus in caput domini torqueri non debet; cum*
Salus dominorum seruorum arbitrio committi non debeat, etiam volente domino: nisi in quibusdam casibus, quod hodie male seruatur.
44 *Seruus vltrò contra dominum crimina deferens, falsitatis suspitione non caret: nam*
45 *Serui naturaliter sunt inimici dominorum: vnde illud, totidem nobis hostes, quot seruos.*
46 *Testimonium in caput alterius, qui vltrò pollicetur, inimicus reputatur ipsius.*
47 *Tortura locum habet in criminibus solum infligentibus pœnam vltra relegationem, remittens se ad dicta in primo capite.*
48 *Tortura grauior pœna, quàm vtriusq; manus discißio, & quomodo hoc intelligatur.*
49 *Tortura non adhibetur in pœnam, sed pro indaganda veritate, nisi in quibusdam casibus.*
50 *Declaratur c. Regni in accusatis, quoad delin-*

delinquentes, iudice pro tribunali sedente.

51 *Pœna non debet egredi delictum.*

52 *Torti, & non confessi, nec conuicti absolui debent sub cautione de se præsentando; &c. nouis scilicet superuenientibus indicijs, secundum practicam totius Italiæ, & stylum magnæ Curiæ Vicariæ.*

53 *Instantia perempta, etiam quòd superueniant testes de uisu, non potest accusatus amplius molestari.*

54 *Nisi instantia fuerit prorogata.*

55 *Nemo potest facere quin leges habeant locum in dispositione sua, nec Pactio priuatorum iuri publico derogare potest.*

56 *Pœna lenienda in delictis, quæ in rixa committuntur.*

57 *In pœnis ratio habenda caussæ, personæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, euentus.*

58 *Reatus quid significet, et declarata l. si diutino tempore ff. de pœn.*

59 *Practica liberandi simul, ac condemnandi, vt scilicet Carcer cedat in pœnam, Em-*

plastrum quandoq; malæ formatæ inquisitionis.

60 *Temporis diuturnitas non diminuit peccatum, sed auget: criminaq; eò sunt grauiora, quò & cat.*

61 *Non quod Romæ factum fuit, sed quod fieri debuit, inspiciendum.*

62 *Maiores iudices facilius errare possunt, quàm minores, & quæ potest esse ratio.*

63 *Exemplis non est iudicandum.*

64 *Sentētia vnius, & deterioris, potest multos, & maiores aliqua in parte superare.*

65 *Iudicandum est secundum leges.*

66 *Legibus magistratus seruire oportet, non leges magistratibus: nam*

Leges sunt muti magistratus, Magistratus leges loquentes.

67 *Pudere quem non debet, vbi errauit, suum errorem corrigere.*

68 *Testis potest suum errorem corrigere.*

69 *Sapientis est mutare consilium in melius.*

70 *In his quæ sunt de genere prohibitorū, quod non reperitur concessum, censetur prohibitum.*

Am-

71 *Ampliari hoc arbitrium non debet.*

72 *Fines permissionis diligenter custodiendi:*

73 *De similibus ad similia, in his quæ ad eandem vtilitatem tendunt, Iudex interpretatione, vel iurisdictione procedere potest: nisi*

74 *In his quæ contra rationē iuris recepta fuerunt; in quibus, nec*

75 *Interpretatio admittenda est inconsulto Principe.*

76 *Beneplacitum, donec reuocetur, durat, concessumq́; sub nomine Maiestatis, morte nō extinguitur, quia maiestas non moritur.*

77 *Qualitates reorum, & criminum quæ necessariæ sunt, vt huic arbitrio locus sit.*

78 *Constitutiones de recipiendis nec ne appellationibus in quibus reis locum non habeant.*

79 *Insignes malefactores qui sint, & qui famosi.*

80 *Infamati et labefacti infamia qui dicantur.*

81 *Cessante caussa cōcessionis, cessare debet concessio.*

Qua-

Atten-

90 Attentare pudicitiam quid sit.

91 Appellare quid sit.

92 Aßidua frequentia nonnullam præbet infamiam.

93 Amplexus, confabulatio, osculatio, et turpis dormitio, crimen confitentur.

94 P. Meuius in libertum gratū, filiolam nubilis ætatis deosculantem, animaduertit.

95 Oscula sincera, non solùm virginitas intacta, ad virum à muliere perferenda.

96 Oblusum turpem, oscula, vel tactum, quemadmodum & per concubitum, amittitur feudum

97 Caussa in delictis semper requiritur.

98 Casus excusat à pœna, sicut &

99 Furor, & insania.

100 Insanis autem quando parcendum non sit.

101 Defensio necessaria excusat.

102 Caßij tribunal scopulus reorū dicebatur: Erat enim diligentißimus in perquirenda veritate, vnde verißimus ac sapiētißimus iudicabatur; Dicereq; solebat

ac-

ac quærere.

103 *Cui bono fuiſſet, Eratq́ propenſior ad ſeueritatem, quàm ad miſericordiam, vnde illud*

104 *Vel apud Caßianos iudices hoc obtinerem.*

105 *Accuſatoris querelæ non eſt credendum, quia proponenti contra ſe, non pro ſe creditur.*

106 *Aphricanus, ſi ſua res ageretur, teſtimoniũ non diceret, ſi diceret, ei nõ crederetur.*

107 *Domino etiam morienti non creditur, ſi dicat, à ſeruo ſibi vim mortis illatam.*

108 *In criminibus requiruntur probationes luce clariores, Accuſatoreq́; non probante, reus, etiam ſi nihil præſtiterit, obtinere debet, negantiſq́; factum nulla probatio.*

109 *Capitalis ſententia ferri non poteſt, niſi in confeſſum, vel legitimè conuictum, vel ſic in obiecto flagitio deprehenſum, vt vix etiam ipſe negare ſufficiat.*

110 *Indicia, ſuſpitiones, præſumptiones, & argumenta legitima, neceſſaria ſunt, vt*

quæ-

quæstioni locus sit.

111 *Torqueri Rei non debent, nisi suspitionibus vrgeantur.*

112 *Indicia debent esse legitima, vrgentia, euidentia, veluti certa, probabilia, sufficientia, & verisimilia.*

113 *Inuerisimilitudo est imago falsitatis.*

114 *Indicium vnum non sufficit, sed plura requiruntur.*

115 *Constare quid significet. Verbumq; constiterit per fectã, consumatamq; probationem demonstrat.*

116 *Dictio Aliqua, habet quandã emphasim.*

117 *Dictio Seu quandoq; coniunctiuè,*

118 *Indicia maioris efficaciæ, quàm testes.*

119 *Vna determinatio debet pariformiter determinare.*

120 *Indicia, ut huic arbitrio locus sit, qualia esse debent.*

121 *Liberum arbitrium non operatur, quòd absq; legitimis indicijs procedatur.*

122 *Indicia, an sint sufficientia, remittitur arbitrio iudicis.*

123 *Arbitrium hoc non debet esse secundum*

æquitatem sui capitis, sed secundum ea, quæ lege scripta reperiuntur.

124 *Verba hæc, Arbitrio iudicis, ponũtur loco theriacæ, omnẽ machinationem excludentia, arbitriumq; semper debet esse iuri, & æquitati consonum.*

125 *Mendacij instructaq; calumnia non inualidum habendum argumentum.*

Mentiendiq; licentia impunita esse non debet, ideoq;

Calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicij.

126 *Ad accusandum antea non aliàs quis admittebatur, quàm per se, vel per alium, si literas nesciret, se professum scripsisset, & in crimen se subscripsisset, perseueraturũ vsq; ad sententiam, sub pœna talionis, quæ hodie est sublata.*

127 *Indicia sunt legitimè probanda, & si à delicto remota sint, vnumquodq; probari debet per duos testes contestes, nec varios, nec contrarios.*

Testisq; de visu non facit indicium, sed probationem.

Te-

128 *Testium conditio inspicienda: & quæ sint in ipsis animaduertẽda, hoc est, num decurio quis sit, an plebeius? honestæ an in culpatæ vitæ? locuples vel egẽs? amicus accusatoris, vel inimicus Rei? &c.*

Testibusq; non testimonijs credendum; cùm

Alia sit auctoritas præsentium testiũ, alia testimoniorum, quæ recitari solent.

129 *Testimonia, quandoq; testium numerus, quandoq; dignitas, & auctoritas, quãdoq; veluti consentiens fama confirmat quoad fidem ipsis adhibendam.*

130 *Testes infames non admittendi absq; tormentis.*

131 *Iudex, quod naturæ negocij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ suspitione caret, credere debet.*

Motũq; animi sui, ex argumentis, & testimonijs, quæ rei aptiora, et vero proximiora esse compererit, confirmare.

Nec ad multitudinem testium, sed ad sinceram testimoniorum fidem, respicere debet.

132 *Paria sunt, non adesse indicia, vel ea non probari.*

133 *Accusatus, vt huic arbitrio locus sit, vtrũ debeat esse malæ famæ in eodem genere delicti, & credit quòd non.*

134 *Leuitas vitæ quòd nõ requiratur, vt huic arbitrio locus sit, credit.*

135 *Nec quòd grauiora delicta commiserit, tametsi crebra commißio criminum requiratur, declaranturq; verba c. Prouisa iuris sanctio, ibi, maleficos grauiorum scelerum, & cæt.*

136 *Iudex qui hoc arbitrio vti volet, ipse testes interrogare debet, vt scire poßit, quãta fides sit eis adhibenda; cùm Alia fides sit præsentium testium, alia testimoniorum, quæ recitari solent.*

137 *Industria vbi electa est persona, præcipuè in arduis, non admittitur delegatio.*

138 *Cum iudicis consilio in hoc arbitrio procedendum.*


139 *Declaratur l. 3. §. 1. ibi, Tu magis scire potes, & reliqua. ff. de testibus, ponderata ipsorum verborum emphasi.*

140 *Declaratur l. Imperatores in ver. dignitatem. ff. de decurionibus.*

141 *Veritas solùm in hoc arbitrio inquirenda, Deusq; semper, ac Iustitia præ oculis habenda, et æquitas quæ naturalis appellatur.*

142 *Iudex in iudicando adsimilari debet primo, ac supremo Iudici Deo.*

CAPVT QVARTVM.



Stendimus hucvsq; quàm odiosum sit hoc arbitriũ torquendi reos inauditos in suis defensionib⁹: consequẽs est nunc, quæ necessaria sint, vt huic arbitrio locus sit, demonstrare; nec antea id pertractare, quàm de periculo quęstionis aliquid dixerimus; & quæ Iudex in testimonijs contra reos recipiendis circumspicere debeat, animaduerterimus.

1 † Quare illud in primis ab optimo quoq; Iudice considerandum est, magnam satis, arduámq; rem esse, torquere reos, & præcipuè

pue ex processu informatiuo inauditos in suis defensionibus, appellationeq; minimè recepta: quamuis Sacrum Regium consilium appellationem etiam à comminata tortura aduersus hoc arbitrium semper admittat; vt su-
2 pra diximus: † tum quia facilè euenire potest, vel quòd aliquis in tormentis deficiat; nam pleriq; dum torquentur, deficere solent, l. aut damnum. §. hostes. ff. de pœn. vel quòd inno
3 cens, † delicta, quę, nec admiserit, nec fortè cogitauerit quidem, confiteatur: propterea q; immeritò damnetur; quod pluries in eademmet magna curia Vicariæ accidisse
4 compertum est: & tamen † sanctius ęsset impunitum relinqui facinus nocentis, quàm in-
5 nocentem damnari, l. absentem. ff. de pœn. † fragilis enim, & periculosa res est quęstio, & quæ veritatem sæpè fallat; cùm multi sint tanta impatientia, vt in quouis potius mentiri, quàm pati tormenta velint, l. 1. § quęstioni. ff. de quęstion. Constit. Regni. Si damna clandestina, ver. per quę omnia, de homicid. & dam. clan. ideoq; non aliâs ad eam deueniendum est, quàm si reus, ita à probatione amouetur, vt sola eius cõfessio deesse videatur, & discretè quidem; vt in primo capite diximus, & infra etiam in sexto requisito dicemus. Nam vt legi-

legitur apud Valer. Max. lib. 8. tit. de quęstion.
6 c. 4. † Magrij argentarij seruus, Alexandrum Titi Fanij seruum occidisse, insimulatus est, eoq; nomine tortus à domino, admisisse id facinus, constantissimè adseuerauit, itaq; Fannio deditus, supplicio adfectus est, paruulò deinde tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, redijt. Quapropter hoc ani-
7 maduertens Cicero † volumus enim, prout antea etiã fecimus, in his quæ diximus, quæq; dicturi sumus, etiam Ciceronis auctoritatem adhibere, quod candidis lectoribus, minimè displicere existimamus: siquidem, & Iurecon. id fecisse animaduertimus, vt Pompon. in l. 2. ff. de orig. iur. Vlpian. in l. fulcinius. §. quid sit autẽ latitare. ff. ex quib. causs. in poss. eat. Triphon. in l. Cicero. ff. de pœn. eiusdẽq; meminit etiam Papin. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. dum inquit, coniurationem L. Catilinę Fuluiam mulierem detexisse, & M. Tullium Cos. in indicium eius instruxisse; ideoq; nequis id ægrè, sed susq; deq;
8 ferat, rogamus. Is igitur pro L. Sylla. † Sed quæstiones inquit nobis & tormenta accusator minitatur, in quibus, quamuis nihil periculi suspicamur, tamen illa tormẽta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; tum ani-

mi,

mi, tum corporis, regit quęsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus; vt nihil in tot rerum angustijs, veritati, loci relin-
9 quatur: & præcipuè si mala mansio sit, † quę quęstionis verbo continetur, l. item apud Labeonem. §. quæstionis verbo. ff. de iniur. est autem mala mansio, eculeus, de quo apud Cicer. pro Deiotaro Rege in prin. ibi, exortus est seruus, qui quem in eculeo appellare non posit, eum accuset solutus, non autem carcer, vt malè interpretatur Accur. idq; probatur in l. si hominem. ff. depos. ibi ad ma-
10 lam mansionem extensum, & cæt. vel si sint † fidiculæ, aduersus quas militiæ, vel generis, aut dignitatis, defensione nemo vti prohibetur, excepta maiestatis caussa: in qua sola omnibus ęqua conditio est, l. nullus, C. ad leg. Iul. maiestatis; quod quidem tormentorum genus, cruenta conditio appellari consueuit, decurionibusq; non infligenda; pręterquàm in crimine lęsę maiestatis, l. decuriones, C. de quæstion. vel alia tormentorum genera, de quibus per Cæl. Rhodig. lection. antiquar. li.
11 6. c. 5. Atq, idcirco † Cicero, vitam accusati torquendam esse arbitratur, ex eaq; quærendum, num quæ occultetur libido? num quod lateat facinus? num quę crudelitas? num quę auda-

audacia? vita enim, & veritate, magis quã testimonijs, damnandum esse reum ait Æschines, orat. contra Timar. illudq; maxime, secũdum Cicer. cuiusq; iudicis, qui cum summa elegantia atq, integritate uixerit, interesse, nõ ex libidine, aut simultate, aut leuitate testium, caussas honestorum hominum põderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisq, periculis, uitam vniuscuisq; esse testem; omnibusq; in rebus, quę grauiores, maioresq; sunt, quid quisq; voluerit, cogitarit, admiserit; non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur,
12 ponderare: † neq; .n. potest quisq; nostrũ subitò fingi, neq; cuiusq; repentè uita mutari,
13 aut natura conuerti. † Vnde nec maiestatis quidem crimen, (vt voluit Modestin. iurecon.) à iudicibus in occasione ob principalis maiestatis venerationem, habendum est, sed in ueritate: nam & persona, inquit, spectanda est, an potuerit facere? & an ante quid fecerit? & an cogitauerit? & an sanæ mentis fuerit;
14 † nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. Cui rei adstipulatur Thęd. Arcad. & Honor. Impp.
15 constitutio, in l. unica, C. si quis Imp. maled. † Præterea nec testibus solis credere iudicem oportet, quos diuus Adrian. ipse interrogare

solebat, ne testimonijs, quibus apud ipsum locus non erat, crederet, l. 3. §. idem diuus. ff.
16 de testibus † Ex quo fisci aduocatum primum instituit; vt testatur Bud. in adnot. ad tit. ff. de offic. quæstor. iudicibusq; propterea rescribere solebat, † Tu magis scire potes, quanta fi-
17
des sit testibus adhibenda, qui & cuius dignitatis, & cuius existimationis sint, & qui simpliciter visi sint dicere, vtrum vnum, eundémq; præmeditatum sermonem attulerint, & an ad ea, quæ interrogaueris ex tempore verisimilia
18 responderint? † Vtq; non ad vnam probationis speciem cognitionem statim alligare debeas, sed ex sententia animi tui æstimare oportere, quid aut credas, aut parum tibi proba-
19 tum opineris, dic. l. 3. §. ideoq; cum sequen. † Quid enim est, (vt idẽ ait Cicero pro M. Font.) vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor & credulus, ab religioso & sapiẽti iudice? nimirum illud, in quo ea quę dicuntur à testibus, coniectura, & cogitatione traduntur, quanta auctoritate? quanta animi æquitate? quanto pudore? quanta fide? quanta religione? quanto studio existimationis bonæ? quanta cura? quanto timore, dicantur?
20 Nam plurimum † (vt scribit Arcad. iurecon. in l. de minore. ff. de quæstio.) in excutienda
veri-

veritate, & vox ipsa,& cognitionis subtilis diligentia, adfert; cùm & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius existimationis quisq; in ciui tate sua est, quędam ad illuminandam verita-
21 tem, emergant. Proptereaq; † fuit, fuit inquit maioribus iudicibus, diuinum ac singulare consilium, qui se non solùm de reo, sed & de accusatore, & de teste iudicare arbitrabantur, quid fictum? quid fortuna, aut tempore allatum? quid precio corruptum? quid spe aut metu deprauatum? quid à cupiditate aliqua, aut ab inimicitijs, profectum videretur? idq; pulchrè sensisse videtur Frider. Imp. in dict. constit. Regni, Hi qui, ibi, quæ quidem relatio continebit conditionem deferentis, atq; delati, & nomē & famā ipsius, criminis etiam qualitatem, testium numerum, & ipsas depositiones eorum, famam etiam eorundem.
22 Etenim † si quia testes dicunt, idcirco accusatus nocēs existimādus est, quid (clamat) opus est sapiēte iudice? quid æquo quæsitore? quid patrono non stulto? & si quoniā quidem testes dicunt, sine vlla dubitatione credendum est, salus ipsa, virorum fortium innocentiam, tueri non potest. arg. dic. l. absentem .ff. de pœn. l. & post edictum .ff. de iudic. l. consen-

tancum, C. quom. & quando iud. l. properandum, C. de iudic. Quinimò, si præscriptum ait, lege, aut officio putandum est testibus credere, nihil est cur alius alio iudice melior, aut sapientior existimetur. Rapientur enim homines vel optimi quiq; (nisi prudentissimi iudices cauerint) in criminum iudicia, ex omni non modo inuidia, sed sermone maleuolorũ, ab vnoquoq; qui contra quemcũq;
23 se vindicare voluerit, † nec sibi deerunt falsi, ac redempti testes, in hoc præcipuè (quod non sine lachrymis deplorandum est) Regno, atq; in hac ipsa nostra ciuitate, in qua (hei mihi, quòd cogitanti horret animus, diuinum timens numen, luctuq; refugit) implacitamq; rem referimus (vt inquit Rober. in c. Regni, vt sine mortalis peccati, num. 262.) tanta viget copia hominum in testimonijs dicendis minimè religiosa, quibus iusiurandum iocus est, testimonium ludus, existimatio iudicum tenebræ; quibus laus, merces, gratia, gratulatio posita est omnis in impudenti mẽdacio; quod proprium fuisse, idem testatur Cicero, omnis generis græcorum, quos testimoniorum religionem, & fidem nunquam coluisse conqueritur: nos autem hodie tribui posse (proh dolor) huic Regno, atq; huic Ciuitati

(post-

(postquam tantum contagio potuit suadere malorum) sexcentum magnæ curiæ Vicariç processus, totq; cōtra falsos testes æditæ pragmaticę, testantur: vt non mirum. † si ex mul-
24 tis pro caussa capitali in ius vocatis, non desint, qui, tametsi innocentes sint, ad ius tamen venire detractant: nam † & Alcibiades
25 (vt est apud Plutar. in apophteg.) cùm è Sicilia ab senatu Athenien. pro caussa capitali in ius vocaretur se ipsũ abscondit, quòd diceret, stultum esse eum, qui pro caussa capitali in ius vocatus, cùm possit aufugere, quærat absolui & liberari: cùmq; ei amicus dixisset, nõ confidis patrię tuæ de te ipso iudicio? respondit, ne matri quidem, ne fortè ignara, pro albo lapillo nigrum in vrnam immittat. Om-
26 nes enim † (vt ait Cicero pro P. Quin.) quorum in alterius manu vita posita est, sępius illud cogitant, quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere.
27 Præterea † nec cõfessiones etiã reorum pro exploratis facinoribus haberi oportet, si nulla probatio cognoscentis religionem instruat, l.
28 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstion. † etiamsi quis vltrò de maleficio confiteatur, ead. l. 1. §. si quis vltrò: quamuis (vt præclarè inquit Demosth. orat. de ementita legat.) Ex quo homi

nes ge-

nes geniti fuêre, & iudicia constituta, nemo, qui se deliquisse fateatur, repertus fuit: sed impudenter loquuntur, inficiantur, ementiuntur, excusationes prætendunt, omnia faciunt, ne dent pœnas.

29 † Deinde animaduertendum est, vel Cassianis quidem iudicibus, obseruandum esse, ne in cognoscendo facilè excandescant in eos, quos malos putant, l. obseruandum. ff. de offic. præs. sed illam definitionem iudiciorum æquorum, quę nobis

30 à maioribus tradita fuit, retineant † vt scilicet in iudicijs, & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur; vt admonet Ci-

31 cero pro A. Cluen. † Est enim inquit permagni, sapientissimi, sanctissimiq; iudicis, non modo animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat; quæ res in quæstione versetur: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, veritatem, fidem, earumq; vi libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes, non solùm proprias amouere, sed & aliorum quorumcumq; repellere, oppressumq; audacia malorũ reum, velut è medijs calumniarum flammis, sartum atq; tectum eripere; maximèq; vel in hoc ęstimare conscientiam mentis suę, quã à sũmo Deo accepimus, quę à nobis diuelli nullo mo

do po-

do potest, & quę, si optimorum consiliorum, atq; factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, ac summa cum honestate nobis viuendum est.
32 † Nec enim statim quòd quis accusatur reus est: sed cùm conuincitur, criminosus, c. fin. in fine, 15. q. fin. c. Nõne, 8.
33 q. 4. c. eorum, 11. q. 3. † ne subiecta innocencentia (vt inquiunt Seuer. & Anton. Impp.)
34 feriatur, l. fin. in prin. C. de accusat. † atq; vt facilis credulitas euitetur, arg. l. 3. §. 1. ff. de eo per quẽ fact. er. l. quód si seruus, §. sed si sic ff. de in rem ver. l. mariti. §. plectitur ff. ad leg. Iul. de adul. & præcipuè in delictis, arg. l. meritò ff. pro socio. l. seruos ff. de manumiss. testam. c. dudum, extra, de præsump. c. 1. extra, de scrut. in or. fac. & eorum quæ dicit gloss. in c. rem non nouam, ver. non obstantibus, de dolo, & contum. in extrauag. commun. De
35 licta namq; † sunt facti, facta autem non pręsumuntur, nisi probentur, l. in finalibus ff. fin. regun. l. 1. & 3. & l. eum qui, cum vulgar. ff.
36 de prob. † nec de suspitionibus quisquã damnari, nec grauari debet, dict. l. absentem, cum
37 gloss. in ver. damnari ff. de pœn. † quinimò & in minimis etiam noxis, id maximè ac primum secundũ Ciceron. pro Sex. Rosc. Amer. quęrendum est, quæ caussa maleficij fuerit?

& cum

æquitatem sui capitis, sed secundum ea, quæ lege scripta reperiuntur.

124 *Verba hæc, Arbitrio iudicis, ponũtur loco theriacæ, omnẽ machinationem excludentia, arbitriumq; semper debet esse iuri, & æquitati consonum.*

125 *Mendacij instructæq; calumniæ non inualidum habendum argumentum.*

Mentiendiq; licentia impunita esse non debet, ideoq;

Calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicij.

126 *Ad accusandum antea non aliàs quis admittebatur, quàm per se, vel per alium, si literas nesciret, se professum scripsisset, & in crimen se subscripsisset, perseueraturũ vsq; ad sententiam, sub pœna talionis, quæ hodie est sublata.*

127 *Indicia sunt legitimè probanda, & si à delicto remota sint, vnumquodq; probari debet per duos testes contestes, nec varios, nec contrarios.*

Testisq; de visu non facit indicium, sed probationem.

Te-

128 *Testium conditio inspicienda: & quæ sint in ipsis animaduertēda, hoc est, num decurio quis sit, an plebeius? honestæ an inculpatæ vitæ? locuples vel egēs? amicus accusatoris, vel inimicus Rei? &c.*

Testibusq; non testimonijs credendum; cùm

Alia sit auctoritas præsentium testiū, alia testimoniorum, quæ recitari solent.

129 *Testimonia, quandoq; testium numerus, quandoq; dignitas, & auctoritas, quādoq; veluti consentiens fama confirmat quoad fidem ipsis adhibendam.*

130 *Testes infames non admittendi absq, tormentis.*

131 *Iudex, quod naturæ negocij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ suspitione caret, credere debet.*

Motūq; animi sui, ex argumentis, & testimonijs, quæ rei aptiora, et vero proximiora esse compererit, confirmare.

Nec ad multitudinem testium, sed ad sinceram testimoniorum fidem, respicere debet.

132 *Paria sunt, non adesse indicia, vel ea non probari.*

133 *Accusatus, vt huic arbitrio locus sit, vtrũ debeat esse mala fama in eodem genere delicti, & credit quòd non.*

134 *Leuitas vitæ quòd nõ requiratur, vt huic arbitrio locus sit, credit.*

135 *Nec quòd grauiora delicta commiserit, tametsi crebra commissio criminum requiratur, declaranturq; verba c. Prouisa iuris sanctio, ibi, maleficos grauiorum scelerum, & cæt.*

136 *Iudex qui hoc arbitrio vti volet, ipse testes interrogare debet, vt scire possit, quãta fides sit eis adhibenda, cùm*

Alia fides sit præsentium testium, alia testimoniorum, quæ recitari solent.

137 *Industria vbi electa est persona, præcipuè in arduis, non admittitur delegatio.*

138 *Cum iudicis consilio in hoc arbitrio procedendum.*

139 *Declaratur l. 3. ͂. 1. ibi, Tu magis scire potes, & reliqua. ff. de testibus, ponderata ipsorum verborum emphasi.*

Decla-

140 *Declaratur l. Imperatores in ver. dignitatem ff. de decurionibus.*

141 *Veritas solùm in hoc arbitrio inquirenda, Deusq; semper, ac Iustitia præ oculis habenda, et æquitas quæ naturalis appellatur.*

142 *Iudex in iudicando adsimilari debet primo, ac supremo Iudici Deo.*

CAPVT QVARTVM.



Stendimus hucvsq; quàm odiosum sit hoc arbitriũ torquendi reos inauditos in suis defensionib⁹: consequẽs est nunc, quæ necessaria sint, vt huic arbitrio locus sit, demonstrare; nec antea id pertractare, quàm de periculo quęstionis aliquid dixerimus; & quæ Iudex in testimonijs contra reos recipiendis circumspicere debeat, animaduerterimus.

1 † Quare illud in primis ab optimo quoq; Iudice considerandum est, magnam satis, arduámq; rem esse, torquere reos, & præcipuè

puè ex processu informatiuo inauditos in suis defensionibus, appellationeq; minimè recepta: quamuis Sacrum Regium consilium appellationem etiam à comminata tortura aduersus hoc arbitrium semper admittat; vt su-
2 pra diximus:† tum quia facilè euenire potest, vel quòd aliquis in tormentis deficiat; nam pleriq; dum torquentur, deficere solent, l. aut damnum .§. hostes .ff. de pœn. vel quòd inno
3 cens, † delicta, quę, nec admiserit, nec fortè cogitauerit quidem, confiteatur: proptereaq; immeritò damnetur; quod pluries in eademmet magna curia Vicariæ accidisse
4 compertum est: & tamen † sanctius esset impunitum relinqui facinus nocentis, quàm in-
5 nocentem damnari, l. absentem .ff. de pœn. † fragilis enim, & periculosa res est quęstio, & quæ veritatem sæpè fallat; cùm multi sint tanta impatientia, vt in quouis potius mentiri, quàm pati tormenta velint, l. 1. § quęstioni .ff. de quęstion. Constit. Regni. Si damna clandestina, ver. per quę omnia, de homicid. & dam. clan. ideoq; non aliâs ad eam deueniendum est, quàm si reus, ita à probatione amouetur, vt sola eius cõfessio deesse videatur, & discretè quidem; vt in primo capite diximus, & infra etiam in sexto requisito dicemus. Nam vt

legi-

legitur apud Valer. Max. lib. 8. tit. de quęstion.
6 c. 4. † Magrij argentarij seruus, Alexandrum Titi Fánij seruum occidisse, insimulatus est, eoq; nomine tortus à domino, admisisse id facinus, constantissimè adseuerauit, itaq; Fannio deditus, supplicio adfectus est, paruulo deinde tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, redijt. Quapropter hoc ani-
7 maduertens Cicero † volumus enim, prout antea etiā fecimus, in his quæ diximus, quæq; dicturi sumus, etiam Ciceronis auctoritatem adhibere, quod candidis lectoribus, minimè displicere existimamus: siquidem, & Iurecon. id fecisse animaduertimus, vt Pompon. in l. 2. ff. de orig. iur. Vlpian. in l. fulcinius. §. quid sit autē latitare. ff. ex quib. causs. in poss. eat. Triphon. in l. Cicero. ff. de pœn. eiusdēq; meminit etiam Papin. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiest. dum inquit, coniurationem L. Catilinę Fuluiam mulierem detexisse, & M. Tullium Cos. in indicium eius instruxisse; ideoq; nequis id ægrè, sed susq; deq;
8 ferat, rogamus. Is igitur pro L. Sylla. † Sed quæstiones inquit nobis & tormenta accusator minitatur, in quibus, quamuis nihil periculi suspicamur, tamen illa tormēta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; tum ani-
mi,

mi, tum corporis, regit quęsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus; vt nihil in tot rerum angustijs, veritati loci relin-
9 quatur: & præcipuè si mala mansio sit, † quę quęstionis verbo continetur, l. item apud Labeonem. §. quæstionis verbo. ff. de iniur. est autem mala mansio, eculeus, de quo apud Cicer. pro Deiotaro Rege in prin. ibi, exortus est seruus, qui quem in eculeo appellare non possit, eum accuset solutus, non autem carcer, vt malè interpretatur Accur. idq; probatur in l. si hominem. ff. depos. ibi ad ma-
10 lam mansionem extensum, & cæt. vel si sint † fidiculæ, aduersus quas militiæ, vel generis, aut dignitatis, defensione nemo vti prohibetur, excepta maiestatis caussa: in qua sola omnibus ęqua conditio est, l. nullus, C. ad leg. Iul. maiestatis; quod quidem tormentorum genus, cruenta conditio appellari consueuit, decurionibusq; non infligenda; pręterquàm in crimine lęsę maiestatis, l. decuriones, C. de quæstion. vel alia tormentorum genera, de quibus per Cæl. Rhodig. lection. antiquar. li.
11 6. c. 5. Atq; idcirco † Cicero, vitam accusati torquendam esse arbitratur, ex eaq; quærendum, num quæ occultetur libido? num quod lateat facinus? num quę crudelitas? num quę auda-

audacia? vita enim, & veritate, magis quã testimonijs, damnandum esse reum ait Æschines, orat. contra Timar. illudq; maxime, secũdum Cicer. cuiusq; iudicis, qui cum summa elegantia atq, integritate uixerit, interesse, nõ ex libidine, aut simultate, aut leuitate testium, caussas honestorum hominum põderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisq, periculis, uitam vniuscuisq; esse testem; omnibusq; in rebus, quę grauiores, maioresq; sunt, quid quisq; voluerit, cogitarit, admiserit; non ex crimine, sed ex moribus eius, qui arguitur,
12 ponderare: † neq; .n. potest quisq; nostrũ subitò fingi, neq; cuiusq; repentè uita mutari,
13 aut natura conuerti. † Vnde nec maiestatis quidem crimen, (vt voluit Modestin. iurecon.) à iudicibus in occasione ob principalis maiestatis venerationem, habendum est, sed in ueritate: nam & persona, inquit, spectanda est, an potuerit facere? & an ante quid fecerit? & an cogitauerit? & an sanæ mentis fuerit;
14 † nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est, l. famosi. ff. ad leg. iul. maiest. Cui rei adstipulatur Thęd. Arcad. & Honor. Impp.
15 constitutio, in l. unica, C. si quis Imp. maled. † Præterea nec testibus solis credere iudicem oportet, quos diuus Adrian. ipse interrogare

An et quando testi unico credatur Vide Valer. in loc.
Et quid si testis unicus probet in crimine laesae maiest. Reg. ...

solebat, ne testimonijs, quibus apud ipsum locus non erat, crederet, l. 3. §. idem diuus. ff.
16 de testibus † Ex quo fisci aduocatum primum instituit, vt testatur Bud. in adnot. ad tit. ff. de offic. quæstor. iudicibusq; propterea rescribe-
17 re solebat, † Tu magis scire potes, quanta fides sit testibus adhibenda, qui & cuius dignitatis, & cuius existimationis sint, & qui simpliciter visi sint dicere, vtrum vnum, eundéq; præmeditatum sermonem attulerint, & an ad ea, quæ interrogaueris ex tempore verisimilia
18 responderint? † Vtq; non ad vnam probationis speciem cognitionem statim alligare debeas, sed ex sentẽtia animi tui æstimare oportere, quid aut credas, aut parum tibi proba-
19 tum opineris, d.c. l. 3. §. ideoq; cum sequen. † Quid enim est, (vt idẽ ait Cicero pro M. Font.) vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor & credulus, ab religioso & sapiẽti iudice? nimirum illud, in quo ea quę dicuntur à testibus, coniectura, & cogitatione traduntur, quanta auctoritate? quanta animi æquitate? quanto pudore? quanta fide? quanta religione? quanto studio existimationis bonæ? quanta cura? quanto timore, dicantur?
20 Nam plurimum † (vt scribit Arcad. iurecon. in l. de minore, ff. de quæstio.) in excutienda

veritate, & vox ipsa,& cognitionis subtilis diligentia, adfert;cùm & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret,vel cuius existimationis quisq; in ciuitate sua est, quędam ad illuminandam veritatem, emergant. Proptereaq;† fuit,fuit inquit maioribus iudicibus, diuinum ac singulare consilium, qui se non solùm de reo, sed & de accusatore, & de teste iudicare arbitrabantur, quid fictum? quid fortuna, aut tempore allatum?quid precio corruptum? quid spe aut metu deprauatum? quid à cupiditate aliqua, aut ab inimicitijs, profectum videretur? idq; pulchrè sensisse videtur Frider. Imp. in dict. constit. Regni,Hi qui, ibi, quæ quidem relatio continebit conditionem deferentis, atq; delati,& nomẽ & famã ipsius, criminis etiam qualitatem, testium numerum, & ipsas depositiones eorum, famam etiam eorundem.

22 Etenim † si quia testes dicunt, idcirco accusatus nocẽs existimãdus est, quid (clamat) opus est sapiẽte iudice? quid æquo quæsitore? quid patrono non stulto? & si quoniã quidem testes dicunt, sine vlla dubitatione credendum est, salus ipsa, virorum fortium innocentiam, tueri non potest. arg. dic. l. absentem .ff. de pœn. l. & post edictum .ff. de iudic. l. consen-

taneum, C. quom. & quando iud. l. properandum, C. de iudic. Quinimò, si præscriptum ait, lege, aut officio putandum est testibus credere, nihil est cur alius alio iudice melior, aut sapientior existimetur. Rapientur enim homines vel optimi quiq; (nisi prudentissimi iudices cauerint) in criminum iudicia, ex omni non modo inuidia, sed sermone maleuolorũ, ab vnoquoq; qui contra quemcũq;
23 se vindicare voluerit, † nec sibi deerunt falsi, ac redempti testes, in hoc præcipuè (quod non sine lachrymis deplorandum est) Regno, atq; in hac ipsa nostra ciuitate, in qua (hei mihi, quòd cogitanti horret animus, diuinum timens numen, luctuq; refugit) implacitamq; rem referimus (vt inquit Rober. in c. Regni, vt sine mortalis peccati, num. 262.) tanta viget copia hominum in testimonijs dicendis minimè religiosa, quibus iusiurandum iocus est, testimonium ludus, existimatio iudicum tenebræ; quibus laus, merces, gratia, gratulatio posita est omnis in impudenti mẽdacio; quod proprium fuisse, idem testatur Cicero, omnis generis græcorum, quos testimoniorum religionem, & fidem nunquam coluisse conqueritur: nos autem hodie tribui posse (proh dolor) huic Regno, atq; huic Ciuitati

(postquam tantum contagio potuit suadere malorum) sexcentum magnæ curiæ Vicariæ processus, totq; cõtra falsos testes æditæ prag-
24 maticæ, testantur: vt non mirum. † si ex multis pro caussa capitali in ius vocatis, non desint, qui, tametsi innocentes sint, ad ius ta-
25 men venire detractant: nam † & Alcibiades (vt est apud Plutar. in apophteg.) cùm è Sicilia ab senatu Athenien. pro caussà capitali in ius vocaretur se ipsũ abscondit, quòd diceret, stultum esse eum, qui pro caussà capitali in ius vocatus, cùm possit aufugere, quærat absolui & liberari: cùmq́; ei amicus dixisset, nõ confidis patriæ tuæ de te ipso iudicio? respondit, ne matri quidem, ne fortè ignara, pro albo lapillo nigrum in vrnam immittat. Om-
26 nes enim † (vt ait Cicero pro P. Quin.) quorùm in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere.
27 Præterea † nec cõfessiones etiã reorum pro exploratis facinoribus haberi oportet, si nulla probatio cognoscentis religionem instruat, l.
28 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstion. † etiamsi quis vltrò de maleficio confiteatur, ead. l. 1. §. si quis vltrò: quamuis (vt præclare inquit Demosth. orat. de ementita legat.) Ex quo homi

nes ge-

nes geniti fuêre, & iudicia constituta, nemo,
qui se deliquisse fateatur, repertus fuit: sed
impudenter loquuntur, inficiantur, emen-
tiuntur, excusationes prætendunt, omnia fa
29 ciunt, ne dent pœnas. † Deinde animaduer-
tendum est, vel Cassianis quidem iudicibus,
obseruandum esse, ne in cognoscendo faci-
lè excandescant in eos, quos malos putant, l;
obseruandum .ff. de offic. pręs. sed illam defi-
nitionem iudiciorum æquorum, quę nobis
30 à maioribus tradita fuit, retineant † vt scili-
cet in iudicijs, & sine inuidia culpa plectatur,
& sine culpa inuidia ponatur; vt admonet Ci-
31 cero pro A.Cluen. † Est enim inquit perma-
gni, sapientissimi, sanctissimiq; iudicis, non
modo animaduertere qua lege reus citetur,
de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione
versetur: sed habere in consilio legem, reli-
gionem, æquitatem, veritatem, fidem, ea-
rumq; vi libidinem, odium, inuidiam, me-
tum, cupiditatesq; omnes, non solùm pro-
prias amouere, sed & aliorum quorumcumq;
repellere, oppressumq; audacia malorũ reum,
velut è medijs calumniarum flammis, sartum
atq; tectum eripere; maximèq; vel in hoc ęsti-
mare conscientiam mentis suę, quã à sũmo
Deo accepimus, quę à nobis diuelli nullo mo

do po-

do potest, & quę, si optimorum consiliorum, atq; factorum testis in omni vita nobis erit, sine ullo metu, ac summa cum honestate nobis viuendum est. † Nec enim statim quòd
32 bis viuendum est. † Nec enim statim quòd quis accusatur reus est: sed cùm conuincitur, criminosus, c. fin. in fine, 15. q. fin. c. Nõne, 8.
33 q. 4. c. eorum, 11. q. 3. † ne subiecta innocencentia (vt inquiunt Seuer. & Anton. Impp.)
34 feriatur, l. fin. in prin. C. de accusat. † atq; vt facilis credulitas euitetur, arg. l. 3. §. 1. ff. de eo per quẽ fact. er. l. quód si seruus, §. sed si sic ff. de in rem ver. l. mariti. §. plectitur ff. ad leg. Iul. de adul. & præcipuè in delictis, arg. l. meritò ff. pro socio. l. seruos ff. de manumiss. testam. c. dudum, extra, de præsump. c. 1. extra, de scrut. in or. fac. & eorum quæ dicit gloss. in c. rem non nouam, ver. non obstantibus, de dolo, & contum. in extrauag. commun. De
35 licta namq; † sunt facti, facta autem non pręsumuntur, nisi probentur, l. in finalibus ff. fin. regun. l. 1. & 3. & l. eum qui, cum vulgar. ff.
36 de prob. † nec de suspitionibus quisquã damnari, nec grauari debet, dict. l. absentem, cum
37 gloss. in ver. damnari ff. de pœn. † quinimò & in minimis etiam noxis, id maximè ac primum secundũ Ciceron. pro Sex. Rosc. Amer. quęrendum est, quæ caussa maleficij fuerit?

& cum

&c cùm multę caussæ conuenisse in vnum locum, atq; interse congruere videntur: tamen, †
38 non temerè credendum est, neq; leui coniectura res pendenda, neq; testis incertus audiendus, neq; accusatoris ingenio res iudicanda est; cùm multa antea commissa maleficia, tùm vita hominis perditissima, túm singularis audacia ostendatur, necesse est; neq; audacia solùm, sed summus furor & amentia; atq; hæc, cùm sunt omnia, tamen extent oportet expressa sceleris vestigia, vbi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium fuerit admissum: quę, nisi multa, & manifesta sint, profectò res tàm scelesta (agebatur enim de parricidio) tàm nefaria, tam atrox credi non debet; cùm magna sit vis humanitatis. Quapropter
39 (vt idem dixit pro Flac.) † non poterat antea quisquam recipi testis, quem sine cura accusator interrogasset; nec metuebat, num sibi aliquid, quod nollet, responderet; clamans, vbi est illa laus oratoris, quę, vel in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? benè testem interrogauit, callidè accessit, reprehendit, quô noluit adduxit, conuicit,
40 & elinguem reddidit. † quę quidem diligentia hodie adhibetur in testibus, qui pro reorum defensionibus producuntur, tanta cũ

seue-

seueritate, ac verborum aucupio, & captione, quòd multi à vero dicendo testimonio deterrentur. Sed vtinam adhiberetur etiam in testibus, qui contra accusatos recipiũtur: non enim tot committerentur falsitates; quę, cùm contra reos multæ fiant, vt ab eis eludantur, alias sæpe sæpius committi videmus; paucique;
41 sunt processus criminales, in quibus falsi testes non reperiantur ex vtraq; parte; fitq; quod vulgò dicitur, tu quoq; fac simile, sic ars deluditur arte: ò tempora, ò mores; vbi est illa
42 exoptata iudiciorũ seueritas? † Legimus apud eundem Ciceronem pro Deiotaro Rege, CN. Domitium, qui Consul, Censor, Pontifexq; max. fuit, cùm Tribunum plebis M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi vocauisset, Scauriq; seruus ad eum clam domum venisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset, comprehendi hominem iussisse, & ad Scaurũ deduci: legimusq; Brutum, cùm ad eius tribunal iuuenis quidam indicio serui delatus esset de pecunia occultata, materq; mota filij periculo, se illo ignaro pecuniam occultasse adfirmaret, seq. suppliciũ meritam, non filium: instante indice, ac impudentius herum vrgente; eius petulantia offensum, flexumq; mulieris pietate: quæ sese

mori pro filij salute constanter obiecerat, sed ob in crucem sublato; vt documento esset alijs, ne temerè dominis in aduersa fortuna insultarent, filium, haud dubiè illati criminis reum, cum toto auro maternæ pietati condonasse, vt refert M. Ant. Sabell. ennead. 6. lib. 8. non
43 solùm fortè, ex eo † quia seruus, nec torqueri in caput domini debet, nec si vltrò aliquid dixerit, obesse hoc domino, l. 1. §. diuus. Antoninus. ff. de quæstion. cùm non oporteat dominorum salutem seruorum arbitrio committi, l. vnius. §. seruo. ff. eod. etiam volente ipso domino, l. seruos, C. eod. nisi in crimine incestus, secundum Ciceronem orat. pro Tito Ann. Mil. item adulterij, fraudati census, læsæ maiestatis, & in pecuniarijs caussis ob inopiam probationum, l. 1. C. eod. quod hodie malè obseruatur: sed etiam quia, † vbi
44 seruus vltrò contra dominum se crimina deferre pollicetur, non caret maxima falsitatis
45 suspitione; & maximè † quia naturaliter serui sunt inimici dominorum; iuxta illud vulgatissimum prouerbium, Totidem nobis hostes, quot seruos; de quo apud Macrob. Saturnal. lib. 1. c. 10. & apud Franc. connan. iuris ciuil. lib. 2. c. 2. imò ex eo, † quòd quili-
46 bet cũ in caput alterius testimoniũ vltrò polli-

cetur, se ei inimicum ostendit: siquidem, & qui cum inimico meo amicitiam copulat, meus inimicus fit, l. liberi in fine, C. de inoffic. testam. inimici autem facile mentiuntur, etiã in quæstionibus, l. 1. §. pręterea inimicorum ff. de quæstion. His igitur in modum præuiæ cuiusdam inspectionis cognitis, vt huic arbitrio locus sit.

47 Primò † requiritur, quòd crimina, de quibus agitur, sint eiusmodi, quòd in conuictos sit infligenda pœna vltra relegationem, argu. dic. c. Regni, Tormenta, per ea quæ diximus in primo capite: cùm tortura grauior pœna existimetur, quàm vtriusq; manus discissio, §. quia verò nos, aut. vt nulli iud. &c.
48 intelligendo † sanè, quoad actum torturę, & discissionis; dum s. sustinetur tortura, vel manus discinditur. nam (vt inquit Hipp. in l. diuus, in prin. ff. de quæstion.) vulgò dicitur, supremas angustias sustinere, potius esse mori quàm viuere; iuxta illud Senec, Nemo tam timidus est, vt malit semper pendere, quàm semel cadere: item iuxta illud eiusdem, Ma-
49 ior est bello timor ipse belli: † licèt tortura non adhibeatur in pœnam, sed pro indaganda veritate, dict. l. edictum ff. de quęstion. nisi in aliquibus casibus; vt in spretis bannis

magnæ curiæ vicariæ, circa delationem armorum: item in rixantibus intus carceres eiusdẽ; vt quotidie in ipsa magna curia obseruari videmus: item, vbi quis nollet respondere accusationi; ut per Bal. in l. accusatione, C. qui accus. non poss. per tex. in l. neganda, & in l. is qui, C. eod. & traditur per Par. tract. Synd. ver. tortura. §. sequitur quęstio, num. 26. item vbi quis deliquit iudice sedente pro tribuna-
50 li; ita † intelligendo tex. in dic. c. in accusatis, ob neglectam .s. iustitiæ reuerentiam; Et si fortè dicatur, fuisse quandoq; per magnam curiam vicariæ illatam torturam, & postea confessis non fuisse impositam pœnam vltra relegationem, credendum erit, vel crimen non fuisse tale confessum, quale ex accusatio-
51 ne prætendebatur; † cum pœna non debeat egredi delictum, l. rescriptum, ff. de his quæ vt ab indign. l. sancimus, C. de pœn. quando-
52 quidem & torti, † si non confiteantur de criminibus, nec sint conuicti, absoluendi sunt; vt per Bar. & alios in l. fin. ff. de quæstion. per Salyc. in l. ea quidem, C. de accusat. & in l. hi qui adulterij, C. ad leg. Iul. de adult. per Hipp. consilio 64. p. vol. Saltem sub cautione de se pręsentando toties quoties, & cæt. quod intelligitur, nouis superuenientibus indicijs; iux

T ta pra-

ta practicam totius Italię; ut testatur Hipp. in sua pract.§. quoniam,num.99. & iuxta practicam magnæ curiæ vicariæ, & sacri Regij consilij; intelligendo antequam fuerit instantia perempta,arg.l. properandum,C. de iudic. in-
53 stantia † namq; perempta, etiam quòd mille testes de visu superueniant, non obstante fideiussione pręstita, sub verbis illis,toties quoties,& cæt. accusatus amplius molestari non potest; & ita vidimus sæpius per dictam magnam curiam vicarię, & per sacrum Regium consilium, in contradicto iudicio prouisum, atq; iudicatum: nisi fuisset per DN. Regni
54 Proregem instantia prorogata; quod ad petitionem fisci fieri consueuit; ea.§. manente,l. & si manente.ff. de præcar. semel namq; perempta, non conceditur in sufflatio spiritus; quę concedi consueuit per sacri consilij præsidem in ciuilibus tantùm caussis, & in prima solùm instantia: non autem in caussis appellationum; quæ habent sua fatalia, absq; spe insufflationis spiritus. Nec obstare potest consensus accusati, dum in fideiussione, se obligat, de stando iuri,& se præsentando toties quoties, & cæt. quasi semper & omni tempore; cùm indefinita æquipolleat uniuersali,l. si pluribus, in prin. ubi Bar. ff. de legat. 2. cum

vulgar.

55 vulgar. cùm † nemo posſit facere, quin leges locum habeant in diſpoſitione ſua, l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. nec pacta priuatorum iuri communi derogare poſſunt, l. Ius publicum. ff. de pact. c. ſi diligenti, extra de foro comp. declarando tamen, vt per gloſſ. & doct. in di-
56 ctis locis: vel † leniendam eſſe pœnam iudicauit, eius, qui in rixa deliquit, & caſu magis quàm voluntare, arg. l. 1. §. diuus. ff. ad leg. cor. de Sicar. vel furore aut iracundia, arg. l. diuus. ff. de offic. præſ. l. lege Iulia. §. fin. ff. ad leg. Iul. repetundar. quæ lex loquitur etiam in iudice, qui calore iracundiæ, vel corruptus pecunia, iniuſtè aliquem morti tradidit, arg. l. quidquid calore. ff. de reg. iur. vel tandem,
57 quia iuſta aliqua ratione id fieri viſum fuit: † cúm in puniendo ratio halenda ſit cauſſæ, perſonæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, euentus, de quibus per Iurecon. in l. aut facta. ff. de pœn. atq; ex varis cauſsis; quas latiſsimè congerit Tiraquell. tract. de pœn. &c. Exempli gratia, ſi aliquatenus ſubleuandam eſſe pœnam alicuius voluit, ex quo diutino fortè tempore in reatu fuerit, arg. l. ſi diutino
58 ff. de pœn. intelligendo † verba illa, in reatu, hoc eſt, in ſtatu reorum & conditione, habitu. ſ. demiſſo, pannoſo, ſqualido, & miſeri-

cordiæ

cordię aucupatore, hoc est, quòd diu sordi-
datus fuerit; aut iudicum consilio in diem
longiorem iudicium reicientium; aut pro re
nata, si qua de caussa planè nō liquebat, reus
sępius ampliatus est: pars enim pœnę videtur
esse longa temporis intercapedo, in conspi-
cua calamitate, & miseranda: non autem pro
spatio maleficij perpetrati; vt pulchrè decla-
rat ibi Bud. in adnotat. contra opinionem,
59 quam firmat Accur. † Ex quo inoleuit forsan
practica,(emplastrum malè formatę inquisi-
tionis; quemadmodum Labienus deiureiu-
rando dicere solebat; ut est apud Gell. noct. at-
ticar. lib. 16. c. 7.) videlicet iusiurandum esse
emplastrum ęris alieni, vt scilicet aliquando
reus eadem sententia liberetur & condemne-
tur, his scilicet verbis, carcer cedat in pœnam:
60 siquidem † diuturnitas temporis non dimi-
nuit peccatum, sed auget, tantoq; sunt crimi-
na grauiora, quantò diutius infelicem ani-
mam alligatā detinent, c. non debet cuiquam
extra de consanguin. & affin. c. vltimo, extra de
consuetud. c. cum in ecclesię, extra de Simon.
c. cum haberet, extra de eo qui dux. in vxor.
61 & cæt. Mitto etiam, quòd dici posset † non
quod Romę factum fuit, sed quod fieri de-
buit, spectandum esse, l. licet ff. de offic. præs.

55 vulgar. cùm † nemo poſsit facere, quin leges locum habeant in diſpoſitione ſua, l. nemo poteſt .ff. de legat. 1. nec pacta priuatorum iuri communi derogare poſſuut, l. Ius publicum .ff. de pact. c. ſi diligenti, extra de foro comp; declarando tamen, vt per gloſſ. & doct. in di-
56 ctis locis: vel † leniendam eſſe pœnam iudicauit, eius, qui in rixa deliquit, & caſu magis quàm voluntare, arg. l. 1. §. diuus .ff. ad leg. cor. de Sicar. vel furore aut iracundia, arg. l. diuus .ff. de offic. præſ. l. lege Iulia. §. fin. ff. ad leg. Iul. repetundar. quæ lex loquitur etiam in iudice, qui calore iracundiæ, vel corruptus pecunia, iniuſtè aliquem morti tradidit, arg. l. quidquid calore .ff. de reg. iur. vel tandem,
57 quia iuſta aliqua ratione id fieri viſum fuit: † cúm in puniendo ratio halenda ſit cauſſæ, perſonæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, euentus, de quibus per Iurecon. in l. aut facta .ff. de pœn. atq; ex varis cauſsis; quas latiſsimè congerit Tiraquell. tract. de pœn. &c. Exempli gratia, ſi aliquatenus ſubleuandam eſſe pœnam alicuius voluit, ex quo diutino fortè tempore in reatu fuerit, arg. l. ſi diutino
58 .ff. de pœn. intelligendo † verba illa, in reatu, hoc eſt, in ſtatu reorum & conditione, habitu .ſ. demiſſo, pannoſo, ſqualido, & miſeri-
cordiæ

cordię aucupatore, hoc est, quòd diu sordidatus fuerit; aut iudicum consilio in diem longiorem iudicium reicientium; aut pro re nata, si qua de caussa planè nō liquebat, reus sępius ampliatus est: pars enim pœnę videtur esse longa temporis intercapedo, in conspicua calamitate, & miseranda: non autem pro spatio maleficij perpetrati; vt pulchrè declarat ibi Bud. in adnotat. contra opinionem,
59 quam firmat Accur. † Ex quo inoleuit forsan practica, (emplastrum malè formatę inquisitionis; quemadmodum Labienus deiureiurando dicere solebat; ut est apud Gell. noct. atticar. lib. 16. c. 7.) videlicet iusiurandum esse emplastrum ęris alieni, vt scilicet aliquando reus eadem sententia liberetur & condemnetur, his scilicet verbis, carcer cedat in pœnam:
60 siquidem † diuturnitas temporis non diminuit peccatum, sed auget, tantoq; sunt crimina grauiora, quantò diutius infelicem animam alligatā detinent, c. non debet cuiquam extra de consanguin. & affin. c. vltimo, extra de consuetud. c. cum in ecclesię, extra de Simon. c. cum haberet, extra de eo qui dux. in vxor.
61 & cæt. Mitto etiam, quòd dici posset † non quod Romę factum fuit, sed quod fieri debuit, spectandum esse, l. licet ff. de offic. præf.

nam

nam (vt pręcipit Iustinian. Imp. in l. nemo, C. de senten. & interloc. om. iud.) nemo iudex, vel arbiter æstimare debet, consultationes, quas non ritè iudicatas esse putauerit, sequẽdum: & multò magis, inquit, sententias eminentissimor. pręfectorum, vel aliorum proce-
62 rum † (quod satis magnum dictum est) quasi maiores iudices, facilius errarę possint, quàm minores, ob negociorũ fortè multitudinem, maximamq; occupationem. Non enim, subijcit, si quid non benè dirimitur, hoc in alio-
63 rum iudicum vitium extendi oportet, cùm † non exemplis, sed legibus iudicandum sit: nec si cognitionales sint amplissimę præfecturæ, vel alicuius maximi magistratus, prolatę sententiæ: sed omnes iudices veritatem & legũ, & iustitiæ sequi vestigia oportet. Idemq; Iustinian. in l. 1. §. cumq́, C. de veter. iur. enucl. Sed neq; inquit, ex multitudine auctorum,
64 quòd verius, & æquius est, iudicatote, cùm † possit vnius fortè, & deterioris sentẽtia mul-
65 tos, & maiores aliqua in parte superare. † Iudicandum igitur secundùm leges est: tametsi duræ esse videantur, l. prospexit. ff. qui & à qui-
66 bus: † legibusq; magistratus seruire, non autem leges magistratibus, necesse est: nam leges muti magistratus sunt, magistratus verò

leges loquentes; vt sapienter inquit Cicero in libris de legibus. Quapropter vidimus quandoq; etiam sacrum consilium, pluries iudi-
67 casse contra ea, quę aliâs iudicauerat: † cùm non debeat pudere iudicem, si tamq̃ homo excessit (ex quo quilibet, ut humanus falli potest) suum errorem corrigere, c. qualiter & quando il primo extra de accusat. c. cum cessante, de appellat. c. sacro, de senten. excomm. l. quod iussit. ff. de re iud. nam & ecclesia hoc facit, c. fraternitatis, extra de frig. & malefic. c. loci. §. his itaq; 35. q. 9. c. sententiam, c. gra-
68 ue, & c. magnę 22. q. 4. Præterea † & testis potest suum errorem corrigere, c. præterea, extra de testib. cogen. Ex quo Iustinian. Imp. in
69 aut. de nup. in prin. † non erubescimus, inquit, si quid melius horum, quę prius ipsi diximus, adinueniamus, competentem prioribus imponere correctionem; ne ab alijs corrigi exspectemus: ibiq; inquit gloss. sapientis est mutare consilium in melius, secundum Salomonem, idemq; ait in aut. vt fratr. filij & cæt. in prin.

Secundò requiritur, quòd agatur de criminibus enumeratis in dictis quatuor capitulis; quasi in alijs censeatur prohibitum, arg. l. cùm
70 prætor. ff. de iudic. † cùm in his quæ sunt de

V genere

genere prohibitorum, vt est torquere reos denegatis defensionibus: quod omni iure prohibitum esse, supra latissimè demonstrauimus: quodcunq; non reperitur esse permissum, censetur esse prohibitum, l. 3. §. 1. iuncta l. 1. ff. de colleg. illic. l. 1, ff. quod cuiusq; vniuer. nom. pro quo facit l. maritus, C. de procur. l. quod labeo. ff. de compens. l. cum delanionis, §. cui fundum. ff. de fund. instruc. & instrum. leg. cum alijs, de quibus per gloss. in dic. l. maritus, & in dict. l. cum prætor: Cui rei adstipulatur etiam, quod dicitur; casum omissum relinqui dispositioni iuris communis, l. cõmodissimè. ff. de liber. & posth. fuit enim limitata quodammodò permissio;
71 † adeò quòd ampliari nõ potest, arg. l. in agris. ff. de adquir. rer. dom. & maximè, quia odiosa, vt supra demonstrauimus, arg. l. cumquidam. ff. de liber. & posth. c. odia de reg. iur. in
72 6. Vnde † diligenter custodiendi sunt fines permissionis, arg. l. diligenter, ff. mand. §. is qui, instit. eod. l. si itaq; ff. de iniur. l. si tantum. ff. de pac. l. non distinguemus. §. de offi-
73 cio. ff. de recep. arb. † nam quamuis, vbi in aliquo casu legislatoris sententia manifesta est, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atq; ita ius dicere debet: Cùm quoties

lege

lege aliquid vnum, vel alterum introductum est, bona occasio est, & cætera, quę tendunt ad eandem vtilitatem; vel interpretatione; vel certè iurisdictione suppleri, l. non possunt
74 cum l. sequen. ff. de legib. † tamen, quod contra rationem iuris receptum est, ad consequétiam producendum non est: quoniam in ijs, quæ cōtra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris, supplendi .s. l. quod contra cum l. sequen. ff. eod. l. quod contra. ff. de reg. iur. verbaq; illa, non possumus, denegant omnimodam potentiam, c. 1.
75 cum gloss. & ibi scriben. de reg. iur. in 6. † Quare nec interpretatio admitti debet, inconsulto Rege; cùm eius sit interpretari, cuius & condere, l. fin. in fine, C. de legib. nec ampliatio, cùm hoc esset nouum arbitrium concedere: quod solus Rex facere potest; qui potestatem habet leges condendi, l. 1. ff. de constit. prin. & est dominus personarum, constit. Regni, quia frequenter, sub tit. de homin. non tenend. &c. idq; sibi expresse reseruare uoluit Carolus secundus eiusq, generali vicario; qui erat Robertus eius filius, in dict. c. In accusatis; vt supra diximus: cùmq; postea illud concessisset Robertus Rex magistro iustitiario; deinde, Ioanni de haia regenti curiæ vicariæ; de

quo tãtùm cõfidebat, ad suæ maiestatis tãtùm beneplacitum concessit: adeò quòd non concessit simpliciter, legem condendo: † & quãuis dictum beneplacitum, donec reuocetur, semper duret, nec morte extinguatur; exquo maiestas non moritur, c. si gratiose, de rescrip. in 6. & traditur per Bart. in l. centesimis. §. si ita stipulatus, num. 9. ff. de ver. oblig. per Bal. in proh. ff. §. hec autem tria, per gloss. & doc. in c. quoniam abbas, extra de offic. deleg. per gloss. & doc. in l. more maiorum, & in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. & per Capic. decis. 136. non tamen, propter hoc dici potest concessio perpetua; cùm possit absq, vlla reprehensione quandocunq; reuocari.

76

Tertiò requiritur, quòd accusati sint earum qualitatum: quæ in dictis capitulis exprimuntur. atq; ut omnia congruant; quę Regijs constitutionibus cauta sunt, vt inquit tex. in l. semper. §. licèt in corpore. ff. de iure immunit. hoc est † quòd sint insignęs malefactores, scelerati, reprobi, quos notabiliter fama grauet, vel crebra criminum commissio det insignes, disrobatores stratarum, homicidę, fures, seu latrones insignes, grauiorum scelerum labe conspersi, insolentes enormiter, notabiles, ac famosi; contra quos com-

77

munis

munis laboret infamia: imò vulgari quodam modo notoria populi opinione grauati, incẽdiarij, violenti raptores: quos delictorũ craſſantia facit delinquentes quodammodò manifeſtos; vel quòd capti ſint in fraganti crimine, vel in fuga; has qualitates, hi prudentiſſimi Reges conſiderauerunt; ob quas, hoc arbitrium conceſſerunt; non vt omnia & ſingula ſupradicta crimina vnicuiq; reo obijciantur: ſed vt aliquod ex ſupradictis, dummodó, reus ſit inſignis malefactor; inſignis inquam, ob crebram criminum commiſſionem, enormiter notabilis, ac famoſus, vulgari quodammodo notoria populi opinione grauatus, & ob delictorum craſſantiam quodammodò manifeſtus malefactor; vel captus in fraganti, aut in fuga; quaſi nullas habens defenſiones; & quaſi ſic in obiecto flagitio deprehenſus, vt vix etiam ipſe, ea quæ commiſerit negare ſufficiat, arg. l. qui ſententiam, C. de pœn. atq; vt ſola ipſius confeſſio deeſſe videatur, arg. l. 1. in prin. ff. de quæſtion. & quaſi tortura, non ad aliud ſit neceſſaria, quàm ad ſciendum delictorum qualitates, complices, ac fautores, aliaq́; per eundem commiſſa crimina, de quibus accuſatio nondum propoſita eſt: pro quibus criminibus, generalis abolitionis præ-

78 scriptio cessat, l. 2. C. de gener. abol. † postquā constitutiones: quę de recipiendis nec ne appellationibus loquuntur, vt nihil noui fiat, locum non habent in eorum personas, quos damnatos statim puniri publicè interest; vt sunt insignes latrones, uel seditionum concitatores, vel duces factionum, l. constitutiones
79 .ff. de appellat. † Insignes autem malefactores facit crebra commissio criminum, dict. c. si cum sceleratis: famosiq; dicuntur, non qui semel, sed qui pluries deliquerunt; ita Par. tract. synd. ver. loco .§. quia: nec sufficit dici, nisi de criminibus constet, secundum Iser. de
80 pace tenen. ver. publici: † infamati autem & labefacti infamia non possunt dici; nisi qui, vel conuicti, uel confessi, vel aliâs condemnati fuerunt; vt per Gram. uoto 5. num. 35. arg. eorum quę dicuntur in c. qualiter & quādo il 2. extra de accusat. per Ang. tract. malefic. ver. fama publica; & per Nigrum dict. c. si cum sceleratis. Non extantibus igitur dictis qualitatibus, huic arbitrio locus esse non de-
81 bet; † quasi cessante caussa concessionis, arg. l. adigere, §. quamuis .ff. de iure patr. l. titia seio .§. vsuras .ff. de legat. 2. vbi Bar. & alii: dictæq;
82 † qualitates, ob quas dictum arbitrium fuit concessum, sunt omnino probandę, vt voluit

fuit Bal. consilio 447. num. 2. 5. parte, arg. l. in delictis. §. si extraneus, &c. §. si de certa. ff. de noxal. act. l. 2. §. docere. ff. ui bonor. rapt. l. fulcinius. §. 1. iuncto prin. ff. ex quib. causs. in poss. eat. idemq; voluit Ang. in l. 1. §. si quis neget. ff. quemad. testam. aper. Bar. in l. 1. §. quod ait pretor. ff. ne quid in flum. publ. Alex. consilio 82. primo uol. & consilio 3. num. 3. ver. vnde dico 2. uol. Marian. Soc. cōsilio 6. prima par. Barbat. in addit. ad Bal. tit. quot testes &c. Gram. consilio 152. in ciuil. idq; expresse videtur præcepisse Rober. in dict. c. si cum sceleratis, ibi, vt tu solus contra quoslibet notatos, aut denunciatos, aut infamatos, quòd sint disrobatores, & cæt. & ibi, si in promptu tibi constiterit de criminosis personis, & eorum criminibus.

83 Quartò requiritur, † quòd constet de crimine, de quo quæritur, saltem in genere, (vt dicitur) loquendo. s. de criminibus; quę ob ipsorum vestigia, cerni possunt, licèt ignorentur qui ea patrauerint; non autem de his quæ oculis videri non possunt, nisi vnà simul cum committentibus: primi generis sunt, homicidia, vulnera, strangulationes, verbera; & his similia; in quibus, ut procedi possit, liquere prius debet, scelere interemptum hominem

minem, vulneratum, ſtrangulatum, verberatumue, l. 1. §. occiſorum, ver. illud. ff. de ſyllan. ſenatuſcon. aliâs dicitur occiſum eſſe hominem à quocunq; oportet, l. inde Neratius in fine ff. ad leg. aquil. idq, apertius eſt circa vulneratum hominem; nam ſi confeſſus ſit vulneraſſe, nec ſit vulneratus, æſtimationem cuius vulneris faciemus? vel ad quod tempus recurremus? l. hoc apertius, ff. eod. pro quo facit l. 4. ff. de confeſſ. ibi, ſi tamen occiſus ſit homo, & faciunt dicta per Boer. deciſ. 164. &
84 259. Ex his † igitur legibus apertiſſimè colligitur, quòd licèt quis confiteatur occidiſſe hominem; ſi tamen non appareat hominem illum fuiſſe occiſſum, non poteſt de homicidio puniri; niſi fortè dixerit proieciſſe in mare, uel in flumen, adſitq; fama publica; vt per Hipp. conſilio 8. & 35. primo uol. poſt Tancred. de corneto, aliâs Bal. in ſua compendioſa, q. 17. & per Ang. trac. malefic. ver. fama pub. §. 12. tu iudex, & per Franciſ. brun. trac. de indic. §. quinto principaliter. In huiuſmodi igitur criminibus, dummodo conſtet de delicto in genere, nec adſint teſtes de uiſu, poterit contra ſuſpectos procedi, per indicia, præſumptiones, coniecturas, & argumenta, legitima tamen, ac probabilia (ut infra di-

fra dicemus) ad inueniendos malefactores, ipsosq; puniendos; quatenus tamen de iure procedi potest, ad querelam, denunciatio-
85 nem, vel ex officio. † Alterius generis sunt, blasphemię, conuicia, atq; iniurię verbales, fornicationes; si modo ex eis non apparent vestigia; ut quia mulier deflorata, pregnans, vel enixa: & siqua sunt eiusmodi; quæ videri non possunt, nisi cum admittentibus; & in his non potest procedi per indicia, & coniectu ras; cùm sint delicta transeuntia: quorũ non remanent vestigia; adeò quòd requiruntur testes de visu, & auditu: Idq; voluisse videtur Iurecon. in l. quod ait lex. ff. ad leg. Iul. de adul. ibi, Labeo quoq; ita probat & Pompon. scribit, in ipsis rebus veneris deprehensum, oc-
86 cidi; † declarando res veneris, idest pudenda in pudẽdis, obscœna in obscœnis; vt ibi decla rat Bud. in adnot. reiecta declaratione Accur. qui id minimè intellexisse videtur; ad quod facit tex. in l. qui seruum, ff. de ver. ob. ibi, si in facinore deprehenderit, iuncta gloss. ibi, vt si adulterare vxorẽ suam inuenerit, hucq; confert illud Lucretij lib. 4. ibi.

Quæ cui iũcta uiro sit fœmina ꝑ veneris res.

Idq; patet ad sensum, vt dicitur ex naturali

87 ratione: † quæ tacita quidem lex est l. cùm ratio, in prin. ff. de bon. damnator. per colloquium enim, tactum, & alia: quæ ibi enumerat Accur. non arguitur ex necessitate fornica-
88 tio † licèt sollicitatores alienarũ nuptiarum; itemq; matrimoniorum interpellatores; etsi effectu sceleris potiri non possint, propter voluntatẽ tamen pernitiosæ libidinis, extra or-
89 dinem puniuntur, l. 1. ff. de extraor. crim. † intelligendo voluntatem, vt ibi declarat gloss. dummodo, ad aliquem actum peruenerint; vt ad colloquia, vel ad oscula: iniuria enim fit, vbi quis tam fœminam, quàm masculum, siue ingenuos, siue libertinos, impudicos fa-
90 cere attentauerit † Attentari autem pudicitia dicitur, cùm id agitur, vt ex pudico impudicus fiat, l. sed est quæstionis. §. fin. cum l. seq.
91 ff. de iniur. † Quinimò & si quis appellauerit; hoc est blanda oratione alterius pudicitiam attentauerit: quamuis hoc non sit conuicium facere; sed aduersùs bonos mores attentare: vel adsectatus fuerit; hoc est tacitus frequen-
92 ter insecutus fuerit: † (cùm assidua frequentia præbeat nonnullam infamiam) edicto de iniur. tenetur, l. item apud Labeonem. §. si quis virgines, ver. appellare est. ff. de iniur. §. iniuria, Instit. eod. ibi, si quis matremfam. præ-

texta-

93 textatum, prætextatamue, & cæt. † quoniã (vt inquit Cyprian. tract. de virginib relatus per Iser. tit. quib. mod. feud. amitt.) ipse amplexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & conjacentium duorum turpis & fœda dormitio, cri-
94 men & dedecus confitentur: † vt non abre, P. Meuius (ut legitur apud Valer. Max. lib. 6. sub tit. de pudicitia) seuerum pudicitię custodem egisse videatur, cùm in libertum gratum sibi admodum animaduertisset; quia nubilis iam ętatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat; præsertim cùm non libidine; sed errore lapsus videri posit: amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellę sensibus, castitatis disciplinam ingenerari, magni æstimãs; eiq,
95 tam tristi exẽplo præsipiens; † vt non solùm virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad
96 virum sincera perferret † Adeò quòd nec etiã mirum cuiquam videri debet; si non solum ob concubitum; sed ob turpem etiam lusum, oscula, vel tactum cum vxore domini, filia, nuruue, feudum amittatur; de qua re per Iser. & alios. dic. tit. quib. mod. feud. amitt. ver. item si fidelis cucurbitauerit, &c.

97 Quintò † requiritur, quòd adsit caussa delicti: nam si (vt inquit Cicero pro Sex Rosc. Amer.) in minimis noxis, & in his leuioribus

criminibus, quæ magis crebra, & propè quotidiana ſunt, id maximè primum quæritur, quæ cauſſa maleficij fuerit; quanto magis, in re tàm ſceleſta (agebatur enim de parricidio) tá atroci, tam nefaria, vt ſine cauſſà credi minimè debeat; cùm magna ſit uis humanitatis: Non ſolet enim quiſquam moueri ad delinquendum abſq; cauſſà, ut per Aym. conſilio 75, num. 13. poſt Corn. conſilio 207. lib. 4. ad quod ſufficere inquit naturalem rationem; quę pro lege habetur; vt ſupra diximus, arg. l. meritò. ff. pro ſocio; nemoq; ſanus contrarium probare auderet, arg. l. ſi ita quis, in fine
98 ff. de euic. † niſi fortè, vel caſu aliquid accideret, abſq; tamen dolo, fraude, vel lata culpa; ob quod pœnam non mereretur, dic. l.
99 aliud eſt fraus, cum ſimilib. † vel à furioſo, ac demente fieret, cùm is ſatis ſuo furore puniatur, dic. l. diuus, ff. de offic. prę́ſ. & l. unica, C.
100 ſi quis Imp. maledix. Quamuis † enim temerarij digni pœna ſint, inſanis tamen parcendum eſt; ſi non tale ſit delictum: quod, vel ex ſcriptura legis deſcendat, uel ad exemplum legis vindicandum ſit, dic. l. famoſi. ff. ad leg.
101 Iul. maieſt. † vel ad neceſſariam fortè defenſionem, cum moderamine tamen (vt dicitur) inculpatę tutelæ; cùm id impunè fieri poſsit,

dic. l.

dic.l.1.C. unde ui, & latè habetur in l.ut uim .ff. de iustit. & iur. cum vulgaribus; vt etiam
102 supra ostendimus †Hucq; confert quod dicere solebat seuerissimus ille quęsitor Cassius, cuius tribunal, reorum scopulus appellabatur, ut legitur apud Valer. Max. lib. 3.c.7.ubi de M. Antonio: erat enim diligentissimus in perquirenda veritate, ex quo Pop. Rom. verissimum ac sapiētissimum iudicem putabat:
103 † hic autem identidem in caussis quærere solebat, cui bono fuisset, ita Cicero Philipp. 2.
104 & pro Sex. Rosc. Amer. † Subijciens, Sic vita hominum est, vt ad maleficium nemo conetur sine spe, atq; emolumento accedere: hũc quæsitorem fugiebant atq, horrebant ij, quibus periculum creabatur, ita quòd tametsi veritatis erat amicus, tamen naturâ nō tam pro pensus ad misericordiam, quàm implicatus ad seueritatem videbatur. Vnde illud apud eundem Cicero. vel apud Casianos Iudices
105 hoc obtinerem. † Nec quidquam Iudicē mouere debet quærela, ac adseueratio dicentis, ab aliquo sibi iniuriam illatā: nam, mitto quòd proponenti, contra se, non pro se creditur, l. cùm precum, C. de liber. caus. etsi crederetur, iudex quemlibet sine testibus condemnare posset, quod esset absurdum; vt per gloss. in

dic.c.

106 dic c. rem non nouam. † mitto etiam, quòd
vel Aphricanus (ut ait Cicero pro P. Quint.)
qui ſuo cognomine declarauit ſe tertiam par-
tem orbis terrarum ſubegiſſe, ſi ſua res agere-
tur, teſtimonium non diceret, ſi diceret, ei
non crederetur: nec morienti quippè pro ſe
aliquid dicenti, credendum eſt; nec domino
107 quidem contra ſeruum: vnde Vlpian. † ſi quis
(inquit) moriens dixiſſet, à ſeruo vim mortis
ſibi illatam eſſe, dicendum eſt, non eſſe cre-
dendum domino, ſi moriens hoc dixit, niſi
potuerit & probari, l. ſi quis ingraueſcente. §.
108 1. ff. de Syllan. ſenatuscon. † notiſsimi enim
iuris eſt, in criminalibus, probationes requi
ri luce clariores, l. fin. C. de probat. accuſato-
req; non probante, etiã quòd reus nihil præ-
ſtiterit, ipſum obtinere debere, l. qui accuſa-
re, C. de eden. cùm negantis factum, nulla
probatio ſit, l. actor, C. de probat. limitando
fortè in caſu, l. ubi falſi, C. ad leg. cor. de falſ. ibi,
nec accuſatori tantum quęſtio incumbat, nec
probationis ei tota neceſsitas indicatur; qua-
ſi, quod & reus etiam ſe purgare debeat; de
qua re nos alibi latius diximus. † Quapropter
non poteſt in quemquam capitalis ſententia
ferri, niſi confeſſus vel legitimè cõuictus ſit,
uel ſic in obiecto flagitio deprehenſus, ut uix,

etiam

etiam ipse, ea quæ commiserit, negare suffi-
ciat, l. qui sententiam, C. de pœn. c. nos in quẽ
quam 2. q. 1. habetur apud Gram. decis. 8.

110 Sextò † requiritur, quòd contra reum ad-
sint legitima & sufficientia indicia, suspicio-
nes, præsumptiones, & argumenta: nam in
ea caussa in qua nullis reus argumentis urge-
tur, tormenta non facilè adhibenda sunt, sed
instandum accusatori, ut id quod intendit,
comprobet & cõuincat, l. unius. §. in ea caussa
111 ff. de quęstion † nec de reis quæstio habenda
est, nisi suspicionibus vrgeantur, l. fin. ff. eod.
alibiq; dicitur, argumentis extrinsecus accu-
sationẽ impleri debere, l. ex libero. §. 1. ff. eod.
alibi, argumentis à probatione amoueri, l. 1.
ff. eod. alibi, argumentis caussam examinan-
dam, ead. l. 1. §. idem cornelio; alibi, si præ-
stita fuerint ex tanto scelere argumenta, ut vi-
deantur accedere ad uerisimilia caussæ crimi-
na, l. 3. C. eod. alibi, argumentis uerisimili-
bus probabilibusq́; & veluti certis indicijs,
l. milites, C. eod. alibi, euidentioribus argu-
mentis, dic. l. unius. §. 1. alibi, probabilibus
constiterit argumentis, c. pro humani, de ho-
mic. in 6. alibi sufficientia adsint indicia, dic. c.
Tormentis: semper autem dicitur, legitimis
indicijs, dic. c. Tormenta cum uulgar. ut ni-
hil sibi

hil ſibi deflectens à iuſtitia indignatio cognitorum, nihil venalis exigentium terror, in eas quæ, aut innocentia ſecuræ, aut principali ſunt honore munitæ, intelligat licere perſonas ad inferendas iniurias corporales, hoc eſt ad tormenta, nullis præcedentibus indi-
112 cijs, l. nihil cum gloſſ. C. eod. † Requiruntur igitur indicia, & legitima, vrgentia, euidentia, veluti certa, probabilia, ſufficientia, & veriſimilia; adeòquòd inueriſimiliũ nulla debet haberi ratio, arg l. non eſt veriſimile. ff.
113 de eo quod met. cauſſ. † nam inueriſimilitudo dicitur imago falſitatis, ſecundum Bal, in l. 1. C. de ſer. fugit; Et præcipuè indicia debent eſſe eiuſmodi, vbi tortura eſt adhibenda denegatis defenſionibus: quod ſpeciatim prouiſum fuiſſe videmus per Rober. in dic. c. ſi cum ſceleratis, ibi, ſi tibi conſtiterit per aliqua indicia, uocem, & famam publicam, aut per
114 aliquos teſtes † Ex quibus verbis, euidentiſſimè colligitur; Primò non ſufficere vnum indicium, ſed plura requiri; cùm nec unius teſtimoniũ ſufficeret, l. maritus ff. de quæſtion. arg. l. unius, C. de teſtib. deinde, in tantum debere eſſe indicia vrgentia, & ſufficientia, quòd quaſi plenè contra accuſatos conſtare dicatur
115 de crimine; dum dicit, conſtiterit; † conſtare

namq;

namq; significat, manifestum fieri: præterea dicit, constiterit, quod perfectam, & consummatam probationem demonstrare videtur, arg. l. 1. §. 1. ff. quod quisq; iur. &c. & maxi-
116 mè, quia dicit, per aliqua indicia † articulus enim ille, aliqua, habet quandam emphasim, quasi dixerit, maximè vrgentia: dumq; postea
117 adijcit, vocem seu famam, dictio illa, seu, † accipi debet cõiunctiuè, & copulatiuè, non disiunctiuè, arg. l. cum quidam, C. de uer. signific. ne videatur cõtradicere c. Regni, Tormenta, arg. l. vnicè, C. de inoffic. dot. & maximè, quia subijcit, aut per aliquos testes; quasi ue-
118 lit, † quòd indicia debeant esse vrgentiora, & maioris efficaciæ, quàm testes; intelligendo dictionem, aut, pro saltem; cùm indicia non sic facilè mentiantur, vt mentiri solent testes, & præcipuè si sint indicia indubitata, arg. l. si hi qui, C. ad l. iul. de adul. vel saltem indicia
119 debent esse paria testibus; † vt vna determinatio pariformiter omnia determinet, arg. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. sub. idq; clarissimè etiam apparet ex qualitatibus per Rober. requisitis in omnibus supradictis suis capitulis: nec immeritò, ob maius .s. periculũ quod vertitur in torquendo, denegatis defensionibus: quibus, si darentur, fortè innocen-

tia demonstraretur, torturaq; non adhiberetur.
120 Quapropter † indicia debent esse eiusmodi, quòd rei adeò notoriè ac manifestè delinquentes appareant, quòd nullas prorsus videantur habere defensiones; ut ex verbis capitulorum
121 expressè colligitur: Iudexq; † etsi liberum habeat arbitrium procedendi contra facinorosos homines, non propterea ad eorũ tormenta procedere debet, absq; legitimis indicijs, & sufficientibus, secundùm Paul. de leaza in c. grauis, extra de depos. traditur per Hipp. in repet. l. fin. C. de probat. & per Par. tract. synd. verbo arbitrium, atq; oportet, vt indicia sint talia, quòd si processus esset instructus, atq; (ut dicitur) legitimatus, sufficerent ad torturam; ut inquit Bal. in c. 1, extra de offic. ordin. & Niger. in dict. c. si cum sceleratis, num. 19. & 28. non obstantibus dictis per Gram. decis. 34. vbi voluit excusare iudicem; qui malè tormenta adhibuerat, & con-
122 trarium voluit eius consilio 64. † Quę autem ac qualia debeant esse indicia, ut sint sufficiẽtia, remitti debet arbitrio iudicis, cùm certa doctrina dari non possit, secundùm communem doctorum opinionem; ut testatur Fran. brun. tract. de indic. in prin. §. circa tertium, arg. dic. l. 3. ff. de testib. quasi ex personis caus-

sisq;

sisq; eum, cuius notio sit, æstimaturum, an sufficientia sint, arg. l. in fundo .ff. de rei vindic. l. fin. ff. de oblig. & act. & l. fin. ff. de ter.
123 mot. † Hoc autem iudicis arbitrium non debet esse secundùm ęquitatem sui capitis; sed secundùm ea, quę lege scripta reperiuntur; ut ait Rom. consilio 149. num. 3. cùm ista verba arbitrium iudicis, significent arbitrium boni viri, dic. l. continuus, §. cùm ita, cum alijs,
124 quę supra allegauimus: † & hæc verba secundùm Bal. consilio 146. num. 6. tertia parte, ponuntur loco theriacæ, omnem machinationem excludentia, arg. l. non cogendum, §. at si iustis, ff. de procur. semperq; arbitrium (tam & si liberum) debet esse iuri, & æquitati consonum; ut per Aym. consilio 190. arg. eorum quæ diximus in primo capite: Idq; non perperam, neq; sine ratione, sed iuris deriuatione inspecta, ac definitione: quandoquidem, Ius ipsum; quòd à Iustitia est appellatum (quę cōstans & perpetua voluntas est suum cuiquam tribuendi, l. iustitia, ff. de iustit. & iur. ut elegāter Celsus definit. secundum Vlpian. in l. 1 ff. de iustitia & iur.) est ars boni & æqui. vnde quod arbitrio alicuius relinquitur (quoniam arbitrio bonum & æquum coniunctum esse debet; ut supra demonstrauimus) iuris dispo

ſitioni relictum eſſe, cenſendum eſt: ſicq; arbitrium hoc bono & ęquo conſonum eſſe debet, quod & alibi nos fusè latèq; declarauimus: Iudicibusq; immodicè ſęuientibus freni temperies adhibenda eſt, dict.l.2.C.de cu-
125 ſtod.reor.† Pręterea illud animaduertere oportere,de criminibus cogniturum,exiſtimamus, vt nec mendacij ,nec inſtructę calumniæ inualidum argumentum habeat, arg.l.1.§.cum quis .ff. ad leg. Iul. de adul. cum innocens circumueniendus non ſit,l.3.§.item qui autor, ff. ad leg. cor. de ſicar. adeóq; impunita non debet eſſe licentia mentiendi; quod calumniantes ad uindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij, l. fin. C. de accuſat. l.fin. C. de calum. conſtit. Regni peſſimam,& conſtit.pœnam calumnię.
126 † proptereaq; antea non aliter quis ad accuſandum admittebatur, quàm libellum legitimè ordinaſſet, ſubſcripſiſſetq; ſe profeſſum eſſe, vel alius pro eo, ſi literas neſciret; præterea & in crimen ſe ſubſcripſiſſet: quę res ad id inuenta fuit, ne facilè quis proſiliret ad accuſandum, cùm ſciret inultam ſibi accuſationem non futuram, perſeueraturumq; eſſe in crimine uſq; ad ſententiā,l.3.in prin.& §.item ſubſcribere, & l. ſi cui crimen, ff. de accuſat. l. non prius,C. de calum. l.3. C. de his qui ac-

cuſ.

cuſ. non poſſ. l. 2. C. de exhib. reis: appellabaturq; lege 12. tabular. pœna talionis de qua per Iuſtinian. Imp. in §. pœna autem, inſtit. de iniur. & per Gell. noc. atticar. lib. 20. c. 1. quę hodie, ut inquit Iuſtinian. abijt in deſuetudinem: ſimiliter & ſubſcriptio, cuius loco pręſtatur fideiuſſoria cautio, de reficiendis expenſis in caſu abſolutionis: quod cum conſtitutione procuratoris, vulgò dicitur, fieri partem in iudicio. ad has autem expenſas nemo vnquam condemnatus fuit, cùm, de ſtylo magnę curiæ Vicariæ, nullus abſoluatur; ſed liberatur tantùm ſub fideiuſſoria cautione de ſe preſentando, toties quoties, &c. vt ſupra declarauimus. Præterea ex diſpoſitione ritus magnæ curiæ Vicariæ, non debet recipi contra aliquem denuntiatio abſq; denuntiantis obligatione ad certam pœnam de probãdo &c. vt in ritu, Item ſeruat. ſub rubr. Non recipitur denuntiatio, quod nec etiam ſeruatur. quando autem requiratur ſubſcriptio, & quot modis de maleficio cognoſcatur, declarat Bal. in dic. l. 3. C. de his qui accuſ. non poſſ.

127 Septimò requiritur, † quòd dicta indicia legitimè probentur, hoc eſt, quòd argumenta, & ſuſpiciones ex probabilibus, & non neceſſarijs forte, à quibus poteſt abeſſe veritas ſe-

cun-

cundùm Bal. in l. non hoc in fine, C. vnde legit. ſingula probentur, ſaltem per duos teſtes conteſtes de loco & tempore; vt per gloſſ. cõmuniter approbatam, in l. fin. C. famil. ercis. & per doc. in l. fin. ff. de quęſtion. per Fran. bru. dic. trac. de indic. in prin. §. circa, ſecundum; vbi declarat quando vnus teſtis de uſu facit indicium ad torturam: quamuis huiuſmodi teſtis non dicatur facere indicium; ſed probationem, licèt ſemiplenam; de qua re per Aym. conſilio 9. nu. 12. præterea oportet dictos teſtes non eſſe varios, nec contrarios; ſiquidem qui falsò, vel variè teſtimoniũ dixerint, etiam
128 puniendi ſunt, l. qui falsò, ff. de teſtib. † & cuiuſq; teſtis conditio inſpicienda eſt, vtrum .ſc. decurio an plebeius ſit, & an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an uerò notatus & reprehenſibilis, & an locuples vel egens ſit, vt lucri cauſſa quid facilè admittat; vel an ei inimicus ſit aduerſus quem teſtimonium fert; uel amicus ei ſit, pro quo teſtimonium dat, vtrum ſimpliciter videantur teſtimonium dicere, ſi quæ vnum eundemq; præmeditatum ſermonem adferant; & an, ad ea, quæ interrogantur, ex tempore veriſimilia reſpõderint: teſtibuſq; non teſtimonijs credendum eſt: cum alia ſit fides præſentiũ teſtium, alia teſtimoniorum;

quæ

quę recitari solent, dic.l. 3.§. idem diuus cum
129 sequen. ff. de test. † & aliâs numerus testium, aliâs dignitas & autoritas, aliâs veluti consentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidẽ; dic. l. 3 §. eiusdem, ff. de testib. cum his quæ
130 tradit Bal. in l. testium, C. eod. † Imò si ea rei conditio sit, vt arenarium testem, vel similem personam admittere iudex cogatur, sine tormentis testimonio eius credendum non sit, l.
131 ob carmen .§. 1. ff. eod. † præterea, si ex his quidam eorum aliud dixerint, licèt impari numero, credendum sit quod naturę negocij conuenit, & quod inimicitiæ, aut gratiæ suspicione caret: confirmabitq; iudex motum animi sui, ex argumentis & testimonijs, quæ & rei aptiora, & vero proximiora esse compererit: cùm non ad multitudinem respici oporteat; sed ad synceram testimoniorum fidem; & ad testimonia: quibus lux veritatis adsistat, dic. l. ob car-
132 men .§. fin. † aliâs paria essent, nulla esse indicia, vel ea non probari; & præcipuè, vbi contra hominis salutem agitur, dic. l. qui accusare. & dic. l. addictos cum alijs de quibus sup.
133 Octauò requiritur, † quòd accusatus sit malæ famæ in eodem genere mali; ita Niger dic. c. si cum sceleratis, num. 35. post Gram. dic. vot. 3. num. 33. quasi semel malus semper reputetur

tur malus in eodem genere mali, c. ſemel malus, vbi gloſſ. & Dyn. de reg. iur. in 6. quod nobis minimè placet, cùm ex nullo quatuor capitulorum; quibus hoc arbitrium conceſſum fuit, hoc colligi poſſit, eſſetq; magna reſtrictio, & abſq; ratione; vnde erubeſcimus (vt dicitur) cùm ſine lege, vel ratione loquimur, §. conſideremus auth. de trien.& ſemis.

134 Nonò † requiritur leuitas vitæ accuſati; ſecundùm Afflic. Gram. & Nigrum in ſupradictis locis: quod nec etiam nobis placet, eadem ratione, qua nec pręcedens octauum requiſitum: ſiquidem quod ſtatutum fuerat de leuibus perſonis, in c. tormentis, iam correctum fuit per dic. c. tormēta, vt ſupra declarauimus.

135 Decimò † requiritur, quòd accuſatus grauiora delicta commiſerit, & quòd adſit crebra commiſſio criminum, ita Niger dic. c. ſi cum ſceleratis, num. 40. quoad crebritatem, id nos verum eſſe exiſtimamus; quandoquidem, id ita expreſsè in dic. capit. præcipitur: quô verò ad primum, non video quomodo id dici poſſit, quòd .ſ. vbi agitur de criminibus in dictis capitulis enumeratis, requiratur etiam quòd alia ipſis grauiora commiſerit, ſi modo alia grauiora conſiderari poterunt, eſſet enim maxima reſtrictio; cùm nec hoc præcipiatur,

nec

nec oportat quòd reus de omnibus dictis criminibus accusetur, ut supra etiam diximus: sed sufficit, quòd de aliquo ex ipsis, accedentibus qualitatibus in dictis capitulis consideratis; aliâs impossibile quodammodò esset, quòd huic arbitrio locus esse posset. nam, in c. si cum sceleratis, dicitur, latrones insignes, vel aliorum grauaminum labefacti &c. & sic alternatiuè non copulatiuè, positiuè & non comparatiuè; in c. iuris censura, dicitur, grauium scelerum &c. solùm in c. prouisa iuris sanctio, dicitur, latrones insignes cęterosq; maleficos grauiorum scelerum &c. quod referri potest ad alia delicta grauiora, postea enumerata; vel fortè ad alia, si qua sunt grauiora, licèt non enumerata; ut in ijs etiam locus sit huic arbitrio, concurrentibus qualitatibus in ipsis consideratis; non autem, quòd, ut possit esse locus huic arbitrio in casibus enumeratis; oporteat, quod accusatus etiam grauiora alia admisisse dicatur; quod nec Sereniss. Reges considerauerunt, nec uoluisse considerare, verisimile est: quia absq; ratione, & fortè absurdum esset; possetq; etiam verbum illud, grauiorum, exponi, hoc est grauium: quod sæpius in iure fieri videmus; vt in l. si seruus legatus. §. si ita scriptum. ff. de legat. 1. & notatur

tatur per Iason. in l. stipulationum quædam, num. 2. ff. de uer. ob.

136 Vndecimò † requiritur, quòd ipsemet iudex, qui hoc arbitrio vti volet, testes recipiat & interroget; vt facilè scire possit, quanta fides sit eis adhibenda, æstimetq; quid, aut credat, aut parùm sibi probatum opinetur, arg. dic. l. 3. ff. de testib. hocq; expressè pręcipitur in dic. c. si cum sceleratis, ibi, tibi de cuius fide &c. item ibi, ut tu solus &c. item ibi, tibi constiterit &c. & ibi, ad tui informationem &c. & maximè, quia vigore huius capituli, magna Curia Vicariæ hoc sibi arbitrium sumpsit; fuitq; electa industria personę; † quo ca-
137 su, & præcipuè in arduis, non admittitur delegatio, l. 1. in prin. vbi doc. ff. de offic. eius cui mand. est iuris; Ita namq; scire potest, quanta fides sit testibus adhibenda; cùm alia sit fides præsentium testium; alia testimoniorum, quæ recitari solent, dic. l. 3. ff. de testib. cui opinioni adstipulantur dicta per Nigrum dic. c. si cum sceleratis, num. 26. & per Gramma. consilio 156. in ciuil. & maximè, si examinantur testes per solos scribas fiscales, à quibus, per ea quæ quotidie audiuntur, atq; videntur, satis superq; timendum est: adfuit enim diebus nostris, inter cæteros, quidam; quem

què honoris caussa nominare nolumus; iáq; ab hac vita discessit, de quo publicè dicebatur; à calamo N. libera nos domine: &c. Quomodo enim quilibet vel sanctissimus, prudentissimusq; iudex scire vnquam potest, quanta fides sit testibus adhibenda; quomodoq; ex sententia animi sui existimare, quid aut credat, aut parùm sibi probatum opinetur; nisi ipse eos interroget? verba namq; Callistrati iurecon. in dic. l. 3. §. ideòq; cum sequen. ff. de te-
138 stibus, quæ sunt, † Tu magis scire potes, & reliqua, habent quandam emphasim; qua si dixerit diuus Hadrianus, tu iudex, qui es vir bonus, dict. l. continuus, §. cùm ita, ff. de ver. ob. cum alijs de quibus supra; tu qui meritò iuris sacerdos appellaris, iustitiam colens, boni & æqui notitiam profitens, æquum ab iniquo separans, licitum ab illicito discernens, l. 1. ff. de iustit. & iur. tu, quem non aliter iudicaturum esse credimus pro sapientia ac luce dignitatis tuę, quàm ipsi iudicaturi essemus, l. 1. ff. de offic. præfec. præt. tu, quem nostra mandata negligere minimè arbitramur, l. 2. C. de offic. ciuil. iud. si non solùm ex sermone, ex voce, ex constantia, ex trepidatione, & alijs; quæ supra animaduertenda esse diximus, ad id quod bonum, & ęquum est, confirmabis

motum animi tui, arg. l. ob carmen, ff. de testibus. sed & ex ipsorũ facie, ac dignitate, quae bonam vel malam spem prębere solet, l. Im-
139 peratores ff. de decurion. intelligendo † ibi, dignitatem, pro oris probitate, morumq; praestantia in facie eminente: quod minimè Accur. intellexisse videtur; ut ibi per Bud. in adnot. iuxta illud Ciceronis in L. Pison. ibi, color seruilis, pilosę genae, dentes putridi, oculi, supercilia, frons, vultus deniq; totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, & caet. item iuxta illud eiusdem, orat. pro P. Quint. ibi, oro atq; obsecro uos, qui nostis, uitam inter se utriusq; conferte; qui non nostis, faciem vtriusq; considerate: non ne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa, olêre malitiam, & clamitare calliditatem videntur? nonne ab imis vnguibus, vsq; ad verticem summum (si quam coniecturã affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallacijs, mendacijs cõstare totus videtur? qui idcirco capite, & superciliis semper est rasis, ne vllum pilum viri boni habere dicatur: item iuxta illud Francisci petrar. Ma spesso ne la fronte il cuor si legge, & caet.

Quamuis non semper id verum esse deprehendatur. quapropter legitur Regum primo

c. 16. Ne respicias vultum eius, neq; latitudinē staturæ eius: quoniam abieci eum; nō iuxta intuitum hominis ego iudico; homo enim iudicat ea, quę patent; dominus autem intuetur cor. Item & apud Ioann. 7. Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicatote: licèt alius fortè sit illius literæ sensus. Sed quoniam hoc hodie in magna curia Vicarię dicitur, ob facinorosorum hominum crassantiam obseruari non posse, dolendum solùm atq; ægreferendum est.

140 Duodecimò † requiritur quòd procedatur cum consilio iudicum ipsi per Curiam datorum: ita namq; præceptum fuit in c. prouisa iuris sanctio, & in c. iuris censura: quamuis aliter commissum, ac permissum fuisset Ioanni de haia; sicq; hodie procedi uidemus.

141 Tertiodecimò † & vltimò requiritur, quòd qui hoc arbitrio vti volet, veritatem solùm inquirat, & Deum semper, ac iustitiam prę oculis habeat, ut in omnibus dictis capitulis pręcipitur; iudicesq; in omnibus caussis hoc facere debent, c. occidit, 23. q. 8. c. graue 35. q. 9. c. 1. de offic. ordin. in extrauag. commun. & c. 1. de offic. deleg. c. 1. de sen. & re iud. in 6. c. qualiter, & quando il primo, extra de accusat. l. cum ita in fine, ff. de condit. & demon.

ibi

ibi,si uerum amamus, accipiendo, si,pro quial l. rem non nouam,C. de iud. pręterea & ęquitatem identidem ante oculos habere debent, qui hoc arbitrio uti volét,arg.l.quòd si Ephesi .§. fin. ff. de eo quod cer. loco, quam sequi solutius est, vt ait Vlpian. in l. at si quis .§. idem labeo,ff. de religios. & sump. funer. eaq; Principem mouere debet,l. qui filium,§. fin. ff. ad senatuscon.trebell. Æquitas enim in omnib. rebus pręcipua esse debet,l.placuit,C. de iudic. propter eaq; non immeritò naturalis à Iurecõ. appellatur, l. 1 .ff. de minor. l. 1 .ff. de legat. præstan. Nec mirum,postquam qui malos percutit,minister est Dei,ut supra demonstrauimus.

142 † Et quilibet iudex in iudicando adsimilari debet summo,ac supremo Deo; ut inquit gloss. in dic. c. rem non nouam. Sed uentũ iam esse ad finem interpretationis huius arbitrij animaduertimus;restatq; solùm, in quibus casibus,& quando ei locus non sit,demõstrare.

ARGVMENTVM CAP. V.

QVAndo,ac quibus casibus, huic arbitrio locus non sit,breuiter perquirit.

Quidq; caussarum patroni in huiusmodi

caus-

caussis pro reis facere debeant consulit.

COMPENDIVM EORVM quæ in hoc quinto capite dicuntur.

1 *ARbitrium hoc, seu præeminentia magnæ curiæ Vicariæ non habet locum contra ciues Neapolitanos: præterquàm in crimine læsæ maiestatis ex gratia.*

Mandatũ tamen Regium sic, cõmunicata re cum dominis Regentibus Regiam Cancellariam, intelligendo, dum præcedant sufficientia indicia: quomodoq; id practicatur & de noua petitione fidelissimæ Ciuitatis Neapolis.

2 *Bona fama inquisiti, & si quid aliud apparet ex processu in fauorem inquisiti impedit vsum huius arbitrij ac præeminentia, cui quidem limitationi rarum est vt locus esse possit; siquidem in informationibus non scribuntur, quæ sunt pro inquisito, cõtra formam tot Regiarum pragmaticarum.*

3 *Oblatio probationis innocentiæ in promptu impe-*

impedit vsum praeminentiae.

4 *Exceptionibus sublatis, numquam censentur sublatae quae in promptu probandae offeruntur.*

5 *Repulsa ex caussa capitalis inimicitiae in promptu probari oblata similiter impedit.*

6 *Arbitrium hoc non potest ampliari, nec extẽdi ad alia delicta, de quibus non loquuntur capitula predicta.*

7 *Iusta appellatio ab hoc arbitrio hodie per sacrum consilium recipitur.*

8 *Arbitrio hoc vti iudex non cogitur, cum nõ quidquid potestati iudicis permittitur, iuris necessitati subijciatur.*

9 *Criminibus plenè probatis non est locus huic arbitrio, nisi ad sciẽdum complices; & fautores.*

10 *Defensionibus semel concessis non potest ipsis non factis, procedi hoc arbitrio.*

11 *Repeti hoc arbitrio quaestio non debet.*

12 *Sententiae casus fortuiti.*

13 *Seruus in capitali caussa à domino nõ defensus si fuerit absolutus nõ ꝓpterea fit liber.*

Ser-

14 *Seruus ob grauem infirmitatem à domino pro derelicto habitus, si sanus factus sit, liber absq; manumißione fit.*


15 *Cunctatio in caussis criminalibus commendatur, quæ ipsarum medicina appellari consueuit.*

16 *Seuerioris iußionis Principis executio per 30. dies ex edicto Grat. Valent. et Theod. Impp. differenda*

Quidq; huic edicto caussam dedit, patefacit.

17 *Defensio accusatorum sustinenda aliquãdo est, potius, ne precipitet, quàm celeranda.*

CAPVT QVINTVM.



Vpereſt nunc, vt quod vltimo loco tractare polliciti fuimus, explicemus: atq; ut videamus quando, ac quibus caſibus huic arbitrio locus non ſit.

1 Primò † autem non habet locum contra ciues Neapolitanos præterquam in crimine læ-

ſæ maieſtatis ex gratia pluries conceſſa fideliſſimæ ciuitati Neap. & tandem in anno 1554. ſaluo tamen mandato Regio DN. Regni proregi communicata prius re cum dominis Regentibus. non diſtinguendo ciues Neapolitanos à non ciuibus Neapolit. quamuis huiuſmodi mandatum ut plurimum contra ciues Neapolit. expediri conſueuit. Sicq; arbitrium hoc penes magnam curiam Vicarię, præeminentia appellatum, quoad ciues Neapol. iam fuit ſublatum, quo verò ad Regni Vicarium, hoc eſt ad Proregem, penes quem, mandatum Regium nuncupatur, fuit tantummodo moderatum; vt .ſc. non aliâs expediatur, quàm re communicata cûm Regentibus Regiam cãcellariam; & ex conſequenti cum conſilio ſuorum à latere conſiliariorum; quemadmodùm per Regem Robertum fuerat conceſſum magiſtro iuſtitiario, in dictis capit. Prouiſa iuris ſanctio, & iuris cenſura, non diſtinguendo, num reus ſit ciuis Neapol. vel non: Conſtat. namq; arbitrium hoc in dicto c. In accuſatis, fuiſſe à Carolo II. reſeruatum generali Vicario ſimpliciter, contra omnes accuſatos de criminibus per ipſum enumeratis, in procedendo .ſ. citra & contra formam præcedentium, capitulorum, hoc eſt denegatis defenſionibus

appel-

appellationeq; minimè recepta inquo quam uis videatur prima faciè dicendum, esse deterioris conditionis ciues Neapolitanos non ciuibus, ex eo fortè quia ut plurimum huiusmodi mandatum expediri consueuit contra ciues Neapol. (licet possibilè sit, expeditum quandoq; fuisse etiam contra non ciues) non tamen propterea sequitur, quòd non possit expediri etiam contra non ciues; quasi hoc mandatum Regium fuisset introductum contra ciues Neapol. post sublatam contra ipsos præeminentiam magnę curię Vicarię: quod si esset faterer iam, ciues Neapolitanos esse deterioris conditionis non ciuibus: hoc autem nullo modo dici potest. Imo hoc arbitrium penes generalem Regni Vicarium est antiquius arbitrio seu præeminentia magnę curiæ Vicarię siquidem, Vicarius illud habuit à Carolo II. nulla consilij iudicis facta mentione; magister verò iustitiarius, à Roberto, cùm consilio tamen iudicis sibi per curiam dati, & ab eodem Ioannes de haia Rȩgens curiæ Vicariæ, cui inspecta eius persona fuit concessum cum facultate procedendi sine consilio iudicis, & speciatim reiecta defensione & appellatione, vnde postea magna curia Vicariæ sibi illud sumpsit, cum consilio tamen iudicum in ea de-

gentium appellationeq; à ſacro conſilio recepta; vt ſupra declarauimus. Hoc igitur probè fixo, ac ſtabilito: aut loquimur de arbitrio ſeu præeminentia magnę curię Vicariæ, & non poteſt dici ciues Neap. eſſe peioris conditionis non ciuibus; cùm præeminentia non habeat locum contra ciues Neapolit. vnde in hoc ſunt melioris conditionis: & ſi contra eos haberet locum, eſſent ęqualis cõditionis, omneſq; haberent appellationem ex diſpoſitione eorundem capitulorum, quibus fuit conceſſum cum conſilio iudicis; & ſic non reiecta appellatione, arg. l. 1. ff. de appellat. & maximè quia vbi voluit, dixit, vt in dict. c. ſi cum ſceleratis, arg. l. vnicè, §. ſinautem, C. de caduc. tollen. Quare nõn ab re, ſacrum conſilium poſtea ab Alfonſo primo inſtitutum, quemadmodum in omnibus cauſſis recipit appellationes à magna curia Vicariæ, recipit etiam & ab huiuſmodi arbitrio, vt ſupra etiam declarauimus. aut loquimur de arbitrio Vicarij, quod mandatum Regium nominatur; & nec in eo dici poteſt, ciues Neapolit. eſſe deterioris conditionis non ciuibus, imò æqualis; cum nec ciues, nec non ciues ab huiuſmodi mandatò, ſi modó contra vtroſq; expediatur, habeât appellationem: tum quia fuit in ſpecie ei reſeruatum

uatum, reiecta appellatione: tum etiam, quia à præfecto prætorio, vt est generalis Regni Vicarius, non appellatur, sed ad eundem reclamatur, l. prefecti etiam, ff. de minor. l. vnica, ff. de offic. præfec. præt. Verùm quoniam per Carolum non fuerat dictum, quòd procederetur cum consilio iudicis: ex gratia supradicta fuit prouisum, quòd non expediatur, nisi re communicata cum Regentibus, & sic cum eorum consilio: atq; ad eundem reclamari posset, per supradicta. Non tamẽ inficiabimur dici posse, parùm profuisse ciuibus Neapol. sublatam fuisse contra ipsos preeminentiam magnæ curiæ Vicariæ, à qua dabatur appellatio ad sacrum consilium, relicto mandato Regio, à quo non appellatur, benigniusq; cum eis actum fuisse, si abrogatum fuisset mandatum Regium, confirmata præeminentia, quandoquidem ab ea haberent appellationem ad sacrum concilium, quam non habent a mandato Regio. Declarando tamen quòd hoc mandatum Regium nõ possit exerceri, nisi in caussis, & personis comprehensis in dict. c. Regni In accusatis: & nisi contra reos adsint sufficientia indicia, quę in omnibus criminibus requiruntur; suntq; de substantia inquisitionis, & propterea numquam sublata, sed modus

tan-

tantũ ac forma procedendi, ut ſupra demonſtrauimus. utrum autem ad eſſent indicia in huiuſmodi mandato concedendo conſueuerunt Domini Regni Proreges relationem habere a magna curia Vicariæ abſq; tamen voto to torquendi vel non torquendi: Hodie vero audio per fideliſſimam ciuitatem Neapolim ſupplicari quòd non ſufficiat ſimplex relatio quòd adſint indicia, ſed quòd decernere etiã debeat, ſi eſt in voto torquendi vel non, vt ab eius decreto appellari poſsit ad ſacrum concilium quemadmodum appellatur ab eius prę minentia, ne ciues Neapolitani ſint peioris conditionis apud DN. Proregem in huiuſmodi mandato, quàm erant in magna curia Vicarię in pręeminentia, & quàm non ciues Neapolitani ſimiliter in pręeminẽtia: quãdoquidem in huiuſmodi mandato eſt æqua omnium conditio:quod vtinam concedatur, eſſet enim nimium reſtringere;imò fortè tollere arbitriũDN.Proregis: ſed in huiuſmodi mãdatis procedere debet cum conſilio circum ſpectiſsimorum dominorum Regentiũ, qui ſibi in cõſilio adsũt:qui cognoſcere poſsũtq; ſi ex tãt indicia,& ſi eſt locus arbitrio in torquẽdo, à cuius mandato,quamuis appellari non poſsit, ex quo eſt prę fectus prætorio, reclama

ri ta-

ri tamen poteſt, ex diſpoſitione l. vnice, C. de ſenten. præfec. prætor.

2 Secuudò, † vt non habeat locnm, vbi ex informatione appareret aliquid in fauorem inquiſiti, veluti bona fama; vt per Nigrum dic. c. ſi cum ſceleratis, num. 36. cui quidem limitationi rarum eſt vt locus eſſe poſsit; cùm in informationibus, quę recipiuntur per ſcribas fiſcales; numquam ſcribantur quæ ſunt in fauorem inquiſiti, contra diſpoſitionem tot Regiarum pragmaticarum: quę noſtris ex poſcentibus peccatis, numquam fuerunt vſu receptæ.

3 Tertiò, † vbi accuſatus offerret ſtatim & in continenti ſuam innocentiam probare; ut per Nigrum dic. c. ſi cum ſceleratis num. 42. per allegata ibi per ipſum, & ne ſubiecta innocentia feriatur, dic. l. fin. C. de accuſat. † Nam

4 vbicumq; ſtatuto tolluntur exceptiones; numquam cenſentur ſublaræ, quę in promptu probari offeruntur; vt per Abb. in c. ſuper eo in fine extra de offic. deleg. cum alijs de quibus per Aym. conſilio 207. nu. 7. 2. vol. per tex. notabilē in l. ſi is à quo, ff. vt in poſſeſſ. legatorum; quamuis hæc limitatio nō benè obſeruetur.

5 Quartò, † vbi accuſatus offerret in promptu repulſare teſtes ex capite capitalis inimicitię

citiæ; vt ibid. per Nigrum, num. 45. cùm inimici facilè mentiri præſumantur, etiam in tortura, dict. l. 1. §. præterea, ff. de quæſtion. arg. l. 3. in prin. ff. de teſtib. l. ſi quis, C. eod. & §. ſi verò auth. eod. dictamq; repulſam admitti videmus in officio ſanctæ inquiſitionis læſæ Maieſtatis diuinæ, nominatis per inquiſitum teſtibus.

6 Quintò, † vt hoc arbitrium non poſſit ampliari, nec extendi ad alia crimina, quę in dictis capitulis non ſunt enumerata, abſq; Regis præceptione; per ea quæ ſupra diximus; niſi fortè eſſent grauiora enumeratis, concurrentibus requiſitis; ut diximus in 10. requiſito.

7 Sextò, † vt iuſta appellatio admittatur, quaſi fuerit reiecta iniuſta, & friuola appellatio; ne aliâs dicatur diſpoſitio fortè iniuſta, arg. c. erit autem lex, 4. diſtin. & dict. c. ſi iuſtè: hodieq; indifferenter per ſacrum conſilium appellatio admittirur; vt ſupra etiam diximus.

8 Septimò, † vt ita demum huic arbitrio locus ſit, ſi modò iudici videbitur; adeò quòd ad id cogi iudex non poteſt; ut per Nigrum ibid. nu. 55. idq; expreſsè cauetur in dic. c. ſi cum ſceleratis, ibi, ſi tibi videbitur: cùm non quidquid poteſtati iudicis permittitur, id iuris ne-

ris necessitati subijcitur, l. non quidquid, ff. de iud. l. sæpè, ff. de offic. præs. l. 1. C. quom. & quando iud.

9 Octauò, † vt non procedatur hoc arbitrio, nec inferatur tortura, ubi crimina essent plenè probata; vt ibid. per Nigr. nu. 41. arg. l. edictum, & l. diuus, ff. de quæstion. nisi fortè ad sciendum cōplices & fautores; vt expresè præcipitur in dic. c. si cum sceleratis: item ad tollēdam postea appellationem, quæ tollitur cōuicto & confesso, iuxta dispositionem l. 2. C. quor. appellat. non recip. præmissa protestatione, quę semper in decreto de torquendo apponi cōsueuit; videlicet, citra præiudicium probatorum.

10 Nonò, † vbi semel fuissent concessæ defensiones, vt non possint amplius tolli, nec tortura inferri, nō receptis defensionibus; vt per Nigr. ibid. num. 56. per doc. gloss. in l. proinde, §. fin. in vltimis verbis ff. ad leg. aquil. Nisi fortè ab accusatore fuisset appellatum, & iudici ad quem, aliter faciendum esse videretur.

11 Decimò, † vt postquàm semel hoc arbitrio fuit tortura adhibita, non possit eodem arbitrio repeti; vt per Nigr. ibid. num. 50. quasi concesio huius arbitrij intelligi debeat pro vna vice tantum, arg. l. boue, §. hoc sermone

ff. de ver. signific. itaq; consuluit Gram. consilio 54.

Hec omnia, quoad hoc arbitrium pręeminentiamq́; de iure consideranda, indaganda, animaduertenda, atq; obseruanda esse à prudentissimo quoq; sapientissimoq; iudice, atq; à non stultis caussarum patronis existimamus:
12 fortunæ † cætera mandantes, arg. §. pen. auth. de æqual. dot. ibi, communicanda actio est, vt quidquid ex euentu fortunę consecutus fuerit id omne diuidatur, & l. seruus, ff. de statu hom.
13 ibi fortunæ iudicio à domino cõmissus; † vbi seruus sic à domino indefensus derelictus, si
14 fuerit absolutus, non propterea fit liber; † quamuis, si ob grauem infirmitatem pro derelicto habitus fuisset, sanus factus, fit liber, l. 2. ff. qui sine manumiss. &c. l. vnica, §. sed scimus, C. de latin. liber, tollen. §. si verò ab initio, ver. & multò potius, auth. de nupt. l. 2. C. de infan. expos. secùs verò, si non languentem pro derelicto habuisset; quia non ob hoc fieret liber, sed occupanti concederetur; ab eoq; liberta-
15 te donari posset, l. fin. ff. pro derelicto † Consulo tamen omnibus caussarum patronis, vt in huiusmodi disquisitionibus, cũctationem semper procurent, quę medicina (vt dicitur) caussarum criminalium reputari solet, iuxta

illud

illud Ennianum.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem,
Non ponebat enim rumores ante salutem.


16 Quapropter † non ab re, Grat. Valent. & Theod. Impp. Flauio PP. his verbis pręceperunt. Si vindicari in aliquos seueriùs contra nostram consuetudinē pro caussæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos subire pœnam aut excipere sententiam: sed per dies 30. super statu eorum sors, & fortuna suspensa sit: Reos sanè accipiat, vinciatq; custodia, & excubijs solertibus vigilanter obseruet. Hæc illi; timentes fortè, ne quid iniustè per iracundiam præciperent, vt præceperat iam dictus Theod. (quod caussam dedit edicto) exorta seditione apud Thessaloniam, occisoq; quodam ex militantibus impetu furentis populi, vt legitur in c. cum apud Thessaloniam 11.q.3. Si igitur sanctissimi illi Imperatores hoc cauere
17 voluerunt, quantò magis, iudices cauere debebunt † caussarumque patroni, ubi ob nimiam iudicum excandescentiam, dubitare rationabiliter poterunt, hoc etiam animaduertere, cunctandoque accusatos defendere. Substinenda enim potius omnis defensio est,

ne pręcipitet, si temerè processerit, quàm celeranda.

FINIS.



BREVIS CATALOGVS REGVM VTRIVSQ. SICILIÆ.





VM à Nortmãnis, sic appellatis à nort, quod ipsorum lingua valet septentrio, & man, quod vir, quasi viris septentrionalibus, vulgò postea dictis Normannis; qui bello clariss. anno nostræ salutis 912. Italiam venerant; à Georgio Maniace: anno 1004. ad excludendos à Sicilia Saracenos in fœdus accitis, Messana capta fuisset: deinde ab ipso Maniace quamplura alia oppida; redacta rursus tota Sicilia in potestatem Saracenorum anno 1060. Rogerius Bossus Normannus ex Sobole Tancredi ex Fresenna II. vxore; dictus bossus: quia statura corporis, & ferocia rei militaris omnibus præstabat, expulsis Saracenis, iterum Messanam cepit, annoq. 1071. Panormum, moxq: totam Siciliam: appellatusq; fuit Calabriæ, & Siciliæ comes. Huic, cùm Melito Calabriæ oppido, uita functus fuisset anno 1101. relictis Simone, & Rogerio filijs, successit Simon primogenitus ex Adelasia II. vxore; Simoni sine prole defuncto anno 1102. Rogerius eius frater germanus, non filius Roberti Guiscardi, ut falsò quidam existimant. Hic Rogerius mortuis Rogerio, & Boemundo fratribus Guiscardis, filijs Roberti Guiscardi, ob suam astutiam sic primùm appellati, dum de paternis opibus disceptarent, ab Anacleto pseudopontifice, fugato Innocentio II. anno 1130. primus Rex utriusq; Siciliæ declaratus fuit † quamuis aliqui uelint, quòd anno præcedenti 1129. Panormi Rex unctus atq; coronatus fuerat: Rogerio (cùm regnasset ãnos 23.) vita functo Panormi ãno 1170. ætatis suæ 59. successit

1 Ab hoc habem⁹ aliquot cõstit. in uolumine const. Regni edito per Friderĩcũ ei⁹ nepotẽ.

Gu-

2 Ab hoc nullas habemus cōst.

Gulielmus vnicus filius, appellatus Malus, cui diem functo Panormi, anno 1170. *Regnorum* 16. *licèt alij uelint* 1166. *& sic Regnorum* 12. *ætatis suæ* 45. *successit.*

3 Ab hoc habem⁹ aliquot cōst. & magnam Curiam.

Gulielmus eius filius dictus Bonus: quo mortuo Panormi, anno 1189. *ætatis suæ* 36. *Regnorum* 19. *uel, ut alij uolunt*, 23. *sine aliqua prole, fuit à Siculis electus Rex.*

4 Ab hoc nullas habemus cōst. hicq; fuit prim. Rex, nothus.

Tancredus filius naturalis Rogerij primi Regis ex pellice: qui tenuit Regnum contra uoluntatem Clementis III. et Celestini III. tandemq; decessit Panormi anno 1195. *relicto Rogerio filio iuuene: quem anno* 2. *Regnorum suorum Ducem Apuliæ fecerat cum tribus filiabus, Alteria, Constantia, & Madonia, Rogerio sibi Rege successore declarato, unde*

5 Ab hoc nullas habemus cōst.

Rogerius hic (quem Gulielmum pleriq; falsò appellant) Rex salutatur; audiens autem Henricus V. uel (vt alij uolunt) VI. Cæsar, filius Friderici primi Cæsaris, cognomento Barbarossa, ex Sueuorum sanguine totius orbis nobilitate, ac multorum Cæsarum propagatione clariss. cum Constantia Rogerij primi Regis filia: quam ex cœnobio Panormi uxorem duxerat, eamq;, licèt ætate grandem, prægnantem habebat, qui viuo adhuc Tancredo Neapolim oppugnauerat, & vel peste imminente, vel (vt alij scribunt) à Tancredo superatus, Alemaniam redire compulsus fuerat, audiens inquam, quòd Tancredus morbo defunctus fuerat; cū magna Germanorum copia Neapolim reuertitur, ad Regnum sibi iure vxorio debitum repetendum; cùm Tancredus tamquam nothus, existente legitima prole Constantia, succedere non potuisset. Rogerius verò, qui Siciliam & potiorem Regni Neapolitani partem possidebat, hostis aduentu cognito, terrestres, naualesq; apparatus & ipse colligit; ac Neapolim omni commeatu, & præsidio munit. Cumq; Henricus Neapolim obsideret, obsessionéq; dimittere cogeretur, astu iuuenem huius rei nescium decipit, simulata concordia de diuisione Regnorum; ut scilicet ipse Henricus Siciliam, reliquum Rogerius teneret: hac falsò oblata concordia Panormum uenit, pridieq; Cal. decem. ann. 1195. *Rex declaratur: at miser Rogerius, plus satis Henrico confidens, nihilq; tale metuens, dum Panormo ad sua iura tuenda Neapolim cogitat, cum eius sororibus, iij cal. Ian. Henrico deditur, nec mora, luminibus priuatus eunuchusq. factus, in Alemaniam relegatur carceriq; ad mortem usq; addicitur. Sicq; extincta fuit Normānorum soboles, cùm regnasset ann.* 135. *Sub titulo scilicet Comitatus*

tatus 70. sub Regio verò 65. atq; in utroq; Regno successit Henricus præ lictus: quo defuncto Messanæ anno 1199. ei successit.

6 Ab hoc Gulielmo nullas habemus constit.

Fridericus filius ex Constantia: quam duxerat maiorem (vt aliqui dicunt) ann. L. natam: quod matrimonium, non obstante lege Julia, ac Papia, fieri posse, Iustinian. Imp. sanxerat, in l. Sancimus, C. de nupt. sobolemq; ex huiusmodi nuptijs (licèt mirabilem) patri succedere, eiusq; hæreditatem nancisci valere, idē Imp. Cæsarianæ aduocationi consulenti rescripserat, in l. si maior quinquagenaria, C. de legit. hær. Hic Fridericus factus postea Imperator, ab Honor. III. semel, à Gregorio verò IX. fuit bis excommunicatus, & tandem ab Innocen. IIII. etiam depositus. cùmq; anno 1250. obijsset in Apulia strangulatus (vt creditur) in oppido Florētino à Manfredo eius filio notho, Regnorum anno 51. Imperij 29, relictis Conrado filio legitimo, & dicto Manfredo notho. sibi successit

7 Ab hoc habemus volumen constitut. in tribus libris partitū, continēs multas constitut. suas cum aliquibus constit. Rogerii eius aui, & Gulielmi auun culi habemusq; suam mag. Cur.

Conradus, qui cùm ex Germania, cognita patris morte, Neapolim venisset, anno 1252. Regno potitus, post paucos annos mortuus fuit dolo, vt quidam volunt, eiusdem Menfredi, veneno sibi clistere dato, relicto Corradino filio impubere, infenso Neapolitanis, ob multas Ciuitates in Regno à Conrado patre euersas; quapropter anno 1255.

8 Ab hoc nullas habemus constit.

Manfredus beneuolentia Innocentij IV. qui Neapoli obijt, simulata Corradini morte, Regno potitus fuit, data nuptui Constantia eius filia Petro Aragonensi, Iacobi Regis Aragonum filio primogenito, inuito patre, ob quod ab Alexandro IV. excōmunicatus fuit; tandemq; à Carolo Andegauensi Ludouici francorum Regis, in sanctos relati, fratre, contra ipsum Manfredum ab Vrbano IV. post mortem Alexandri accito, apud sanctum Germanum superatus atq; interfectus fuit anno 1265. post cuius mortem, cùm Corradinus iuuenis annorum 15. in circa, patrium Regnum recuperaturus, cum maxima Germanorum manu, ad Regni Neapolitani fines peruenisset, tempore Clementis IV. qui iuuenem miseratus, ad sacrificium vt victimam trahi dixit, apud Marsos à Carolo qui post mortem Manfredi, Regno potitus fuerat, anno 1268. superatus, fugiens, Asturæ à quodam nauta proditus, captus, ludibrioq; affectus, Carolo traditus fuit, per quem publico iudicio ad mortem condemnatus, in foro magno Neapol. propè Ecclesiam diuæ Mariæ à Carmelo, vbi hodie est quædam cappella, contra Regium decus, securi percussus

8 Ab hoc nullas habemus constit. hicq; est II. Rex, nothus.

ſus, ab hac vita migrauit, hicq; fuit finis nobiliſſimæ Sueuorum
10 *familiæ, cùm regnaſſet annos 70. ſucceſſitq; in vtroq; Regno*

Hic primus habuit in Regno Vicarium, ab eoque & ab eius vicario multas habemus conſtit. in volumine capitulorum Regni, habuit ſuam mag. Cur. non tamen vicariam, eoq; Regnante Siculi ab ipſo defecerũt, Siciliæq; Regnum deuenit ad Aragonenſes ſeparataq; fuerunt Regna.

Carolus prædictus primus Andegauenſis, inueſtitus ab Vrbano IV. hic habuit filium Carolum II. dictum Claudum; quem ſibi in Regno vicarium inſtituit, cùmq; anno 1282. Regnorum 17. in Regno Siciliæ non potuiſſent Siculi amplius ſufferre ſuperbiam, luxuriam, auaritiam, petulantiamq; francorum; conſilio Ioannis de prochita, III. cal. april. ſigno campanæ dato, in tota Sicilia, non ſolùm à profanis; ſed & à cucullatis, omnes frãci trucidati fuerunt, paucis ad Spirlingam arcem natura muniti ſſimam, ſalutem ſibi quærentibus: qui paulo poſt inedia conſumpti fuerunt, vnde illud, veſper ſiculus; defeceruntq; Siculi à Carolo; potituſq; fuit Regno Siciliæ Petrus Rex Aragonenſis, ab indeq; vſq; ad Alfonſum primum, Regnum Siciliæ poſſeſſum fuit per Aragonenſes ſeparatum à Regno Neapolis: primuſq; Rex Siciliæ Aragonenſis fuit

1 Aragonenſes Reges Siciliæ.

1 *Petrus p̃dictus, quo mortuo ãno 1286. 3. id. nou. ætatis ſuæ 55. Regni 4. relictis, Alfonſo, Iacobo, Friderico, & Petro; Alfonſo ſ. Rege. Aragonum, Iacobo Siciliæ, ea lege, quòd decedente Alfonſo ſine liberis, Iacobus haberet Regnum Aragonum, Siciliæ verò, Fridericus, ſucceſſit in Regno Siciliæ*

2 *Iacobus, qui, cùm anno 1296. renunciaſſet Regnum Carolo II. quæ renunciatio non habuit effectum, ob dictam renunciationem, Regno potitus fuit*

3 *Fridericus, Petri III. genitus, Friderico mortuo anno 1336. 12. cal. Iulij, ſucceſſit*

4 *Petrus II. eius filius; quo mortuo anno 1342. VI. idus aug, ſucceßit*

5 *Ludouicus eius filius, annos natus, V. & menſes 7. Ludouico mortuo anno 1355. die 16. Octobris abſq; liberis, ſucceßit*

6 *Fridericus eius frater germanus, quo mortuo anno 1368. menſe Iulio ſucceßit*

7 *Maria eius filia, quæ nupſit Martino filio Martini ducis Montis albi, mortua autem Maria anno 1402. dolore mortis Friderici eius filij, moxq; etiam Martino, ſucceßit*

8 *Martinus Rex Aragonum pater Martini, eoq; mortuo prid. cal. Iun. anno 1410. ſine liberis, ſucceßit*

9 *Ferdinandus V. Aragonum Rex, cognomento, l'infante pater Alfonſi: qui poſtea Regnum Neap. cepit, vt infra dicemus, mor-*

mortuo Ferdinando in *Æqualato* oppido *Aragoniæ*, anno 1416. IV. non. april. successit

10 *Alfonsus eius filius primogenitus; quo mortuo mense Iulio, anno 1458. successit ex dispositione ipsius Alfonsi*

11 *Ioannes eius frater, Ioanne verò mortuo, cal. febr. an. 1479. successit*

12 *Ferdinandus cognomento Catholicus, qui postea possedit etiam Regnum Neapolis, vt infra dicemus. Quare vt ad Reges Regni Neapolitani post amissum Regnum Siciliæ, & ad Reges Andegauenses reuertamur: mortuo Carolo primo, anno 1284. in oppido Fogia, translato Neapolim, sepultoq; in Archiepiscopatu, successit*

11 *Carolus II. eius filius: qui fecit sibi vicarium Robertum eius filium, ipsoq; mortuo Neapoli anno 1309. sepultoq; in Ecclesia diui Dominici, relictis Carolo nepote ex Carolo filio primogenito, & Roberto filio secondogenito, successit*

12 *Robertus prædictus, victo in lite Carolo eius nepote, habuitq; filium Carolum dictum Illustrem aliàs senza terra, quem & ipse sibi vicarium constituit, decessitq; viuo ipso Roberto; relictis tribus filiabus, Ioanna .s. Maria, & Margarita; mortuoq; Roberto Neapoli, sepultoq; in Ecclesia Sanctæ Claræ ab ipso constructa anno 1342. successit*

13 *Ioanna eius neptis ex dicto Carolo: quæ ex dispositione ipsius Roberti, nupsit Andreæ filio Ludouici Regis Vngariæ, quem ipsa laqueo suspendi fecit in castro Ciuitatis Auersæ anno 1348. appellataq; fuit Ioanna II. quæ necato viro prædicto, nupsit secundò Ludouico nepoti Roberti, principi Tarenti: cùmq; fuisset fugata à Ludouico Rege Vngariæ, patre Andreæ, facta inter ipsos pace, ea lege, quòd Ludouicus eius vir, non haberet nisi titulum principis, tametsi obtinuit postea à Clemente VI. vt etiam Rex appellaretur: mortuo dicto Ludouico; nupsit tertiò Iacobo de Aragonia, cui dedit titulum ducis Calabriæ. Iacoboq; etiam mortuo, non valens sola cubare, nupsit quartò Octono duci Prasuic. & cùm fuisset ab Vrbano VI. priuata Regno, adoptauit sibi in filium Ludouicum secundogenitum Regis Franciæ, tandemq; à Carolo III. de durazzo misso à Rege Vngariæ contra ipsam, cum fuisset vnà cùm Regno capta, fugato ottono, eaq; suspensa in eodem castro, in quo suspensus fuerat eius vir, anno 1382. successit, Carolus III.*

Hic etiã habuit vicariũ Robertum filium & Ab hoc & ab eius vicario multas habemus constit. in vol. capitulor. Regni habuit quæ suam magnam curiam non tamẽ vicariam, ab hocq; ortum habuit arbitrium torquendi, denegatis defensionibus.

Hic etiam Rober. habuit vicarium Carolum eius filium, & ab eo, & ab eius vicario constit. Hicq; primus vltra magnam curiam habuit etiam curiam vicariam, arbitriumq; propagauit ad magistrum iustitiariũ tandemq; illud liberius cõcessit Ioanni de haia Regenti curiæ vicariæ.

Hæc Ioanna habuit etiam curiam vicariæ & ab ea vnicam habemus constit. cum Ludouico eius viro contra vsurar. Ab hoc vnam habemus constit. in volum. capitulor. Regni ~~Neapolitani~~ emergentium

14 *Carolus prædictus III. de Durazzo, quo mortuo propè Badum anno 1386. relictis Ladislao, & Ioanna filijs, successit*

15 *Ladislaus filius, quo mortuo Neapoli absq; liberis an. 1414. successit*

16 *Ioanna eius soror, appellata II. quæ nupsit comiti Iacobo de la Marcia. cumq; graui bello premeretur à Ludouico filio Ludouici II. adoptauit sibi in filium Alfonsum Aragonensem Regem Siciliæ, deinde hac adoptione reuocata, adoptauit dictum Ludouicum, cum titulo ducis Calabriæ; quo mortuo Consentiæ, paulò post moritur & ipsa Ioanna Neapoli, anno 1436. relicto sibi in Regno hærede Renato fratre dicti Ludouici; sicq; successit in Regno*

17 *Renatus, hic habuit Isabellam coniugem Regni vicariam; verùm anno 1442. fuit expulsus ab Alfonso prædicto, qui opera cuiusdam Anelli fabri cementarij, Neapolim cepit; itaq. in Regno successit*

18 *Alfonsus prædictus Rex iam vtriusq. Siciliæ, dictus Alfonsus primus; quo mortuo Neapoli absq. filijs legitimis anno 1458. in Regno Aragoniæ & in Regno Siciliæ successit Ioannes frater, in Regno verò Neapolis*

19 *Ferdinandus filius nothus, diuisis iterum Regnis; quo mortuo in oppido Summa anno 1494. successit*

20 *Alfonsus eius filius dictus II. vulgò appellatus il Guercio, qui cùm grauiter molestaretur à Carolo viij. refutato Regno Ferdinando eius filio, Siciliam aufugit, Regnoq; potitur eodem anno 1494.*

21 *Carolus viij, quo paulo post, expulso à Ferdinando dicto Catholico filio Ioannis pro defensione Ferdinandi prædicti anno 1495. remanet Rex dictus*

22 *Ferdinãdus II. fil. Alfonsi II. quo mortuo ãno 1496. successit.*

23 *Fridericus patruus dicti Ferdinandi, contra quem cùm conspirassent dictus Ferdinãdus Catholicus Rex Aragonum, & Siciliæ, & Ludouicus Rex Franciæ ipsumq. expulissent, dum tractarent de diuisione Regni expulso Ludouico opera Consalui Ferdinandi appellati magni Capitanei, Regno potitur solus*

24 *Ferdinandus Catholicus anno 1503. extititq. Rex vtriusq. Siciliæ, habensq. vnicam filiam nomine Ioannam, ipsam nuptui tradidit Philippo de Austria Archiduci Austriæ, ex quo coniugio natus fuit. Carolus de Austria, mortuoq. Ferdinando Catholico anno*

Ab hoc Ladisl. habemus cap. I. iu. quo nominat solum suam magnam curiã. Ab hac Ioãna 2. multas habem⁹ cõst. in uol. capitulor. & in prag. habuit vtrãq; curiã, ex duab⁹ fecit vnã appellatam, magnã Cur. Vic. cõfirmauitq; rit⁹ ipsarum curiar. Ab hoc nõ habemus constit. nisi vnã Isabellę eius coniugis & Vic. Ab hoc multas habemus prag. hicq; prim⁹ cõst. sacri Reg. Cõns. Ab hoc multas habem⁹ prag. fecitq; instructiones sacri Consi. & Mag. Cur. Vic. & de modo pro cedẽdi in magna Curia Vicarię. Ab hoc nullas habemus cõstit. Ab hoc nullas habemus cõstit. Ab hoc habem⁹ capitula ad supplicat. ciuit. Nea. ś grassia eiusdẽ. Ab hoc habem⁹ multas instructiones in Regia Camera Sũmarię an. 1497. & aliquas prag. & capitula ad supplic. Ciu. Nea pol. in volum. capit. ciuit. Neap.

anno 1516. successit in vtroq; Regno. Ioanna filia quamuis credimus quòd antea ei refutasset Regna; vt patet ex duabus pragmaticis per dictum Ferdinandum editis, anno 1505. altera s. de duobus vulgatis capitibus; altera verò super reuocationem gratiarum factarum per Fridericum; in quibus est titulus, Ferdinandus Catholicus pro Serenissima Regina Ioanna filia Car.

25 *Sicq; Ioanna filia cum Carolo eius filio, qui postea factus fuit etiã Imperator, dictus Carolus V. qui cum anno 1554. Regno atq; Imperio se abdicasset, successit per refutationem*


26 *Philippus eius filius, qui iam sunt anni 40. quibus regnauit, hodieq; Dei op. Max. gratia regnat, multorum Regnor. dominus, Regum omnium primarius, inuictiss. christianæq; fidei defensor acerrimus; quem vt ad multos annos omnipotens Deus fortunet: & beet omnes rogamus.*

FINIS.

Ab hoc habem' multas pragmaticas & capitul. in volum. capitulor. ciuit. Neapol. hicq; habuit duos Viceceges primum Ioanẽ de Aragonia Comitẽ Ripacurciæ. deinde D. Raimũdum de Cardona.

Ab his & eor. Viceregibus habem' multas prag. habuitq; multos Vicereg.

Ab hoc habem' multas pragm. habuitq. sẽper Vicereges.




ILLVSTRISS. ATQ; ECCELLENTISS. Comiti Mirandæ Proregi Neapolitano domino colendissimo.

Legi ProRex Illustrißime & Excellentißime, Iterumq; hilari fronte legi libellum hunc, quem Constantinus Papa Iureconsf. tempestate nostra inter omnes præclarus; ac dicendo, & docendo fermè singularis, lucubrauit. Et hunc ipsum non modo Aduocatis, & causidicis omnibus valde vtilem; sed iusdicentibus necessarium futurum esse censeo. Cùm de arbitrio magnæ Curiæ, (quod præeminentiam vocant) nihil differendum desiderandumue relinquat. Quare omnibus priuilegijs dignum existimo: vt in lucem, pro omnium vtilitate, etiam inuitus prodeat. Verùm omnia prudentißimo tuæ sublimitatis iudicio tribuo. Quā Deus opt. max. ad multos annos, pro vniuersæ Reip. & Regni cōseruatione & beneficio fortunet, & beet. Dat. Neap. ex ædibus nostris die 1. Iulij. 1594.

Nicolaus Ant. Gizzarellus.

INDEX COPIOSISS. DICTORVM AC CONSIDERATORVM OMNIVM NOTABILIVM,

QVAE EX HAC CONSTANTINI PAPA Rhapsodia, Alexander eius filius iuris Candidatus, in compendium redegit.



Arb-

Bene-

Ceßan-

Deli-

L

INDEX.

FINIS.



Imprimatur. Ardicinus Biandra Vic. Gen. Neap.

Magist. Cherub. Veronen. Theologus Vidit. R. f. 6.